Certum est etiam quod Deus in suo decreto efficaci; et determinato; seu in sua essentia, ut determinata per tale decretum (nam in praesenti procedendum accipitur unum; ac aliud) cognoscit futura, quae a Deo producuntur mediante tali decreto; ut sunt futurae, quae a solo Deo producuntur; nam Deus ab aeterno cognovit, quae voluerit efficaciter producere contra illud 1.a Corinthiorum 2.o quae sunt Dei, nemo novit; nisi Spiritus Dei; sed etiam cognovit, quod eius voluntas efficax semper impletur contra illud Psalmi 113 omnia; quaecumque voluit Dominus fecit: ergo evidenter cognovit ab aeterno; quod omnia, quae decrevit efficaciter facere, infallibiliter erunt, quae ratio est D. Thomae in 1.o distinctione 35. quaestione 1. art. 3. ad 4. Ubi ait; quod non solum esse divinum est causa essendi res; sed etiam scientia et voluntas sua; ex quibus optime concluditur esse rei; quia illud, quod Deus vult esse, cum possit; et sciat, virtute essentiae suae in esse producit, hoc autem Deo cognita sunt: et ita certum de rebus cognitis habet. Merito igitur Vazquez irridet ceteros theologos; eo quod dixerit Deum in suo decreto efficaci non posse cognoscere futura; quia suum decretum efficax non cognoscit, eo quod distinguitur per ens rationis; et Deus entia rationis non cognoscit; quod fundamentum utroque pede claudicat; nam Deus cognoscit entia rationis; et eius decretum per ens rationis non constituitur, inde ceteri Iesuitae fatentur, quod Deus in suo decreto efficaci cognoscit futura quae a Deo praedefiniuntur; qualia sunt quae a solo Deo producuntur, seu a causis.

naalibus absque interuenat ca a libera; et ex actus libert à Deo prædefinita supposita scia media.

Tota hg. difficultas debolvit. circa cognit futurorum liberorum independenter à Scia media; an scilicet Deus sciat solum per rig. ais futurorum, an ex prædefinitionum, et destinationum; nam si Deus concurrit ad actus liberos, præcise per decretum indifferentem; et Conditionatum per tale decretum cognoscere non pot quod talis actus liber infalibiliter. eritque tale decretum non sit infalibilit. Ineptum cum erunt hic actus liberi; quod autem Deus efficaci, et determinato decreto prædefiniat actus liberos; videt. impossibile; tum quia tale decretum induceret fatalem necessitatem; et destrueret nri arbitrij libertatem, cum ipso posito Creata Voluntas non posset omittere actum à Deo prædefinitum; quia resistere non pot Voluntati Dei; et defficiente tali decreto non posset elicere actum; quia ipsum efficere non pot absque Concursu Dei præparato per decretum prædefinitum. =

Item etiam; quia si Deus prædefiniret omnes actus liberos ex electione efficaci Dei proueniret; quod iste hoc, potius, quam ille bene operaretur, et ita talis electio esset irrationabilis; quia non posset reddi ratio, cur Deus hunc hominem potius, quam illum elegerit, ut bene operaretur; nam si dixerimus, ideo hunc Deum elegisse, quia hoc ipse promeruit non Respondemus Congruenter; nam etiam quod iste, et non ille hoc promeruerit, prouenit ex electione, et Voluntate Dei, prædefinientis omnia inquita, ex quo ulterius sequitur quod Deus esset acceptor personarum; nam absque ullis meritis hunc, et non illum eligeret ad bene operandum; et etiam sequeretur, quod Deus non vellet omnes homines saluos fieri, sed scire illos, quibus donare voluit merita, et perseuerantia.

Ex alia vero parte videtur esse admittendum hoc decretum prædestinatiuum, et prædefinitiuum; tum quia sine ipso non saluatur, quod Deus operetur omnia sm. concilium voluntatis suæ, si actus nros liberos non producit per decretum efficax, et determinatum suæ voluntatis; tum quia sine tali decreto non saluatur, quod bona opera, et merita nra sint dona Dei, ut docet fides; nam dona distribuuntur sm electionem; et voluntatem donantis; et ita Deus diuidit singulis, prout vult.

Antiqua disputatio.

Istæ rationes dubitandi diuisserunt, non solum Theologos Scholasticos; sed etiam antiquos Patres in varia placita; nam Origenes lib. 3. peri archon cuius verba late refert Aluelda. disp. 67 dicit: bona opera nostra

n. eē dona Dei, nisi quatenus dedit nobis Virtutes sufficientes ad bene operandum: et ita in Deo concessit praescientiam nostrorum actuum, & negauit eorum praedifinitionem; et praedestinationem; et consequenter asseruit Deum n. Cognoscere hoc futura libera in decreto efficaci suae Voluntatis. errorem Origenis sequutus ē Pelagius; qui etiam negauit bona opera nostra eē dona Dei, Vt refert D. August. de gratia Christi cap. 4. et consequenter dicebat Deum praescire bona opera nra futura, n. tn ipsa praedestinare, aut praedifinire, Vt refert D. Aug: de praedest.e Sanctorum cap. 18. & 19. et ipsum sequutus ē Faustus Regiensis. cuius Verba refert. Aluarez disp.e 2. de auxilijs. n. 16. nam licet hoc. Vt Princeps. semipelagianorum; in hoc erro tamen fuit Pelagianus: dicens: nullum actum liberum a Deo praedifiniri; aut praedestinari, S. solum praesciri; et solum praedestinatam hoies ex praeuisis meritis ad gratiam; et gloriam; et praescientiam eē; Velut testem meritorum; praedestinationem Vo. eē quasi iudicem; et ita Concludebat: q. nisi praescientia exploraverit, praedestinatio nihil decernit.

In hunc errorem ex parte, inculpabiliter tamen incidit D. Aug. antequam Episcopus Crearetur. nam in libro expositionis quarumdam propositionum Epistolae ad Rom. propositione 60, dixit: q. aequales sunt oes hoies ante meritum; nec pot in rebus oino aequalibus electio nominari; Vnde ad Constituendam inaequalitatem int. hoies, Vt ipsos potius; quam illos eligeret Deus; quibus donaret Spm Sanctum; merita charitatis; et aliarum Virtutum; dicit actum; et meritum fidei n. eē donum Dei; bene tn actus charitatis, et aliarum Virtutum; et propter meritum fidei praeuisum elegit Deus istos, potiusque illos; Vt ipsis donaret merita charitatis; et aliarum Virtutum; dicens: n. q. elegit Deus opera cuiusque in praescientia, quae ipse donaturus ē; S. fidem elegit in praescientia, Vt quem Crediturum eē praesciuit ipsum elegerit; cui Spm Sanctum daret; Vt bona operando, et Aeternam Vitam consequeretur. &c. q. enim Credimus nostrum ē, q. autem operamur. illius. in hoc q. Statu Concedebat D. Aug. praescientiam actus fidei, et negauit praedestinationem; et praedifinitionem ipsius; et consequenter asserebat Deum n. Cognoscere actum fidei futurum in decreto praedifinitiuo ipsius.

Hunc errorem sequuti sunt Semipelagiani Massilienses; Vt referunt Stus Prosper, et Hilarius in Epistolis ad August. ante librum de praedestinat.e Sanctorum; et Confirmabant suum errorem praedicta autse.

D. Aug. et alia desumpta ex epist. 49. q. 2. in qua dicit D. Aug. tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos predicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri. Ubi prescientiam fidei, non vero predestinationem tradere videbatur, addebant autem Masilienses etiam perseverantiam in fide, et gratiam non esse donum Dei ab ipso predefinitum, et predestinatum, nec similiter inchoationes bonorum operum, ut sunt orationes, et bona desideria esse dona Dei, solumque a Deo prescita, non vero predestinari.

Sed D. Augustinus cito excussit istos errores in quibus ad Simplicianum, quas in principio sui Episcopatus scripsit docens fidem actualem esse donum Dei, et a Deo non solum presciri, sed etiam predestinari, precipue convictus testimonio Apostoli I.a Corinthiorum 4.o quis te discernit? quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quod de fide, oratione, bonis desiderijs, et caeteris bonis operationibus, ut aptissime probavit in omnibus libris, quos contra Pelagianos, et Semi pelagianos scripsit, supposito autem quod omnes bone operationes sint dona Dei, nec Pelagiani, nec Semi Pelagiani negavant, quod essent a Deo predefinitae, et predestinatae, neque certum tunc erat, quod collatio doni provenit ex liberali, et efficaci electione donantis, unde D. Aug. coenter loquens dicit, quod Deus omnia bona opera nostra in sua predestinatione prescivit, ut expresse ait de predestinatione Sanctorum cap.e 10. et 12. et 19. et de bono perseverantiae cap. 14 et 17. et 18. et 21. et 24.

Ad testimonia D. Aug. quibus [illegible] Macilenses R. et Resp. Doctor de predestinatione Sanctorum cap. 9. explicando verba adducta ex epistola, scilicet, dixisse sine praejudicio latentis concilij Dei aliarumque causarum, tradendo Deum praescire, qui fuerant in Christum credituri, non vero negando fidem esse donum Dei ex electione ipsius provenientem, et subdit: proinde quod dixit poterat etiam sic dici: tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso ante constitutionem mundi. Sicuique D. Aug. scilicet ad fidem habendam ex dono ex dono et electione Dei, unde epist. 105. exponens illud Joann. 6. Sciebat enim ab initio Jesus, qui essent credentes, sic ait: nequis quod existimaret credentes sic ad eius praescientiam pertinere

quomodo n̄ Credentes, id ē ut n̄ eis fides ipsa desuper daretur; Verum modo Voluntas eorū cognosceretur; mox adiecit, atque ait: propterea dixi Vobis; q̄a nemo pōt venire ad me, nisi fuerit ei datū à Patre meo. Inde D. Aug. n̄ solū principiū fidei, sed etiā Voluntatē donandi fidem recognoscit in Deo.

Ad testimoniū autem adductū ex libro expositionis propositionum Epistolæ ad Rom. Respondet ex professo retractando doctrinā ibi traditā, et ad finem sui erroris, q̄d scilicet: æquales sint oēs homines ante meritū; nec pōt in rebus omnino æqualibus electio nominari. Respondet lib. 1º retractationis cap. 23. et de prædestinatione sanctorū cap. 3. hoc verum esse de electione iustitiæ, quæ in electis supponit inæqualitatem meritorū; secus vero de electione gratiæ, quia n̄ supponit inæqualitatem meritorū; sed ipsa donat, et facit; et ita subdit: n̄ dū diligentius quæsierant; nec adhuc inuenerant; qualis sit electio gratiæ, de qua Apost. dicit ad Rom. 9. reliquiæ per electionem gratiæ, saluæ factæ sunt quæ utique n̄ ē gratia, si eā nulla merita præcedebant, nec iā q̄d datur n̄ sm̄ gratiā; sed sm̄ debitū reddatur potius meritis, quā donetur. quod autem electio gratiæ n̄ prærequirat merita, probat D. Aug. 1º exemplo Christi Dñi, qui prædestinatus ē filius Dei, et eius humanitas inter oēs alias, electa ē ad tantā dignitatem nullis præcedentibus meritis. 2º exemplo paruulorū decedentium ante annos discretionis, quorū aliqui præ aliis eliguntur ad gratiā baptismatis absque præcedentibus meritis. 3º exemplo infidelium; quorū aliqui ex electione Dei vocantur ad fidem, et ipsis prædicatur Euangelium; aliis vero n̄ prædicatur, cū tn̄ in infidelibus n̄ sit meritū, ut vocentur ad fidem.

Origo Scientiæ mediæ.

Ad exemplū tn̄ paruulorū recurrunt Massilienses; ut refert Sanctus Prosper Epistolā ad Aug. tales paruulos perdi, talesque saluari; quales futuros illos in annis maioribus si ad adultā seruaretur ætatem scientia diuina præuiderit, Inde hanc electionem paruulorū; etiā reducebant ad inæqualitatem meritorū, quæ haberent, si ad ætatem adultā peruenirent. et similiter ad exemplū infidelium dicebant, ideo prædicatum fuisse Euangelium istis et n̄ illis, q̄a præuidit Deus, quod isti Crederent, n̄ vero illi, si ipsis fuisset prædicatum Euangelium; quæ ē præscientia fidei, et infidelitatis primariæ

in statu conditionato. asserebant etiam sancti praescientiam meritorum, quae in statu futurorum absolute, quam conditionate non sese Dei in decreto decretato; imo dicebant, remoberi per industriam, reliquasque virtutes, non Dei distinctio humanas praeveniat voluntates, et sub hoc praedestinationis nomine fatalem quamdam inducit necessitatem, ut refert S.tus Prosper. Scientia autem infallibilis meritorum sub conditione futurorum habita non in decreto divinae voluntatis est, quae hodie a Molinistis vocatur scientia media, et ab ipsis defenditur. et ideo eiusque primis authoribus attribuitur semipelagianis Massiliensibus, quod fatentur Suarez, Granados, et alij ex defensoribus scientiae mediae asserentes non errasse Massilienses concedendo scientiam mediam, sed ipsa abutendo ad defendendum; quod propter merita conditionata istos parvulos, potius quam illos elegerit Deus ad gratiam, et gloriam; et istos, et non illos adultos cum ipsis praeveniret evangelium; de quo infra agemus.

Ad exemplum autem praedestinationis Christi dicebant Arriani, Deum, sunc Christum Dominum praescientia, et praevenitione, praenovisse nautiquam ipsum aspernaturum propter singularem in virtute et moribus recte instituendis diligentiam ipsum delegisse; adeo, ut sit, vel Paulus, vel Petrus in hac ditione incubuisset, eodem modo fuissent filij Dei; quo ille fuit; ita refert Alexander Episcopus Alexandrinus in Epistola ad Alexandrum lib. 1° Concilij Niceni; et Alvarez disp.e 7. de auxilijs n.° 11. idem postea dixerunt Nestoriani ex Pelagianis exorti, quorum quidam in hac blasphemant voces erumpi, non invideo Christo sibi facto Deo, nam si volo, fio et ego. ut referunt Lovanienses in annotationibus ad D. Aug. lib. 2 de peccatorum meritis cap.e 17. et de praedestinatione sanctorum cap.e 15. propter hoc etiam scientia media attribuitur Arrianis, et Nestorianis, quod de Arrianis concedit Granados hic disp.e 9. n.° 19. Sed certe Arriani, et Nestoriani non loquebantur de meritis futuris sub conditione, sed de futuris absolute, et praescientia futurorum, quibus in statu absoluto concedebant ante electionem; et praedestinationem Dei, et sic propter hoc fuit attribuitur ipsi scientia media, etiam attribui debet D. Augustino; quando errabat, dicens: fidem non esse donum Dei; et a Deo praedicari, non vero praedestinari, et ante ipsum attribui debet Viconio haeretico Donatistae, qui etiam dixit, actum fidei non esse donum Dei, ut refert D. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 33. et prius omnibus Origeni, qui dixit bona opera nostra non esse dona Dei; propter quod ipsi attribuit scientia media Gaspar Ram. tract. de divinis praemotionibus

relect. 3. a dess. 5. – Hoc tn fundum n. e. satis firmum ad attribuendum ipsius sciam medig. tum q.a licet defensores scia medice coiter asserant, q.o sicut decretum detratum n. requiritr. ad Cognoscendum futura libera in statu absluto, ita etiam n. requiritr. ad Cognoscendum futura libera in statu Condicionato. Hoc tn pot merito negari X.a ipsorum, quia, nam ideo asserunt futura absluta à Deo Cogni independenter à decreto detrato; q.a habent Veritatem detratam obtive, quam detrationem desumunt ex futuro eventu, et exsistentia, quam habebit futurum suo tempore, Unde q.a pp. de in ei aliquo tempore erit Vera; pp.o de futuro tota duratione, et tempore anti hêt detratam Veritatem; q.o defendere melius possent, ledendo cum Thomistis phicam exsistentiam futurorum in aeternitate Ut distat ex dictis dubiis praecedentibus; hoc tn fundum n. Currit in futurorum sub conditione; quae numquam ponentur in re; qualis fuit penitencia Tyrorum, et Sidoniorum: si Vidissent opera Xpti; quae numquam Viderunt. Unde haec penitentia numquam fuit posita in re, aut in tempore; aut in aeternitate; et ita fuit futura; quod nullum habuit eventum. Unde haec pp.o de in eae Tyrii, et Sidonii agunt paenitentiam, numquam fuit Vera; et consequenter futuritio conditionalis talis penitentiae n. hêt prium, Unde sumat detratam Veritatem, nisi accedat decretum detratum Dei; ac proinde, ex eo, quod Deus cognoscat futurum absluum independenter à decreto detrato n. infert. per bonam cogam; q. independenter à tali decreto Cognoscat futurum conditionatum.

Tum etiam quia, licet admittamus praescientia absluta futurorum independenter à decreto detrato, recte inferri cognitionem futurorum sub conditione independenter à decreto detrato, potuit tn contingere; q. heretici adicta hanc Cog. bonitatem n. penetraverint, nec de hoc curaverint; q.a scia Conditionatorum n. indigebant ad suos errores defensandos, et nullum e. inconveniens; q. heretici inconsequenter fuerint Loquti; Unde ex eo; q. concesserint illum n. sequit. q. alium concesserint.

Solum q.o Semi Pelagiani Massilienses praescientiae cognovgnarunt illam medium ad defendendum; Deum n. fuisse acceptorem personarum in electione parvulorum descedentium ante annos discretionis; et in electione infidelium; Ut ipsis praedicaret. Evangelium; et hoc modo dicebant

nec vacilare illud; q.d Deus oẽs hoẽs velit salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire; q.do quidem inexcusabiles sint; qui; et ad illius veri Dei cultum potuerunt instinctu intelligentia n.ali; et Evangelium ideo ñ audierunt, q.a nec fuerunt recepturi. Vt refert S.nus Prosper Epist.a citata: q.d tamen falsum eẽ ostendit D. Aug. de bono perseverantia cap. 9. q.a Tyrii; et Sidonii erant credituri; et penitentiã acturi, si audierant predicationem Xpti; et viderent eius virtutes, et in ipsis doctrina Xpti ñ ẽ predicata; et numquam viderunt virtutes Xpti; Inde quod aliquibus, et ñ oĩbus predicet.r Evangelium ñ provenit ex eo, q. isti, et ñ illi eẽnt credituri; s. praecise provenit ex libera voluntate Dei, et altitudine suorum iuditiorum.

Eclesia deffinitio.

In hac antiquissima controversia rejecto errore Pelagianorum; et semipelagianorum, Eclesia approbavit doctrinã D. Aug.i Vt refert Alvarez disp.e 5. de auxiliis; et Suarez prologo 6. de gratia cap. 6 a num.o 12. specialit.r aut in Concilio Milebitano Arausicano 2. Tridentino et in epist.a Celestini Papae ad episcopos Galliae diffinitum ẽ fidem actualem primã credulitatis affectum, universa bona opera et merita nostra et finalem perseverantiã eẽ dona, munera, et beneficia Dei; de quibus ñ licet in nobis; s. in Deo gloriari, Inde Tridentinus Sess.e 6. cap.e 16. ait: absit tamen, ut Xpianus hõ in seipso; vel confidat, l. gloriet.r et ñ in Dño; cuius tanta ẽ erga oẽs hoĩes bonitas, ut Deus velit eẽ merita; quae ss. ipsius dona; eclesiae autem diffinitiones licet p.ialit.r procedant de bonis operibus supern.alibus; conducentibus ad consequtionem vitae aeternae, nã cum sit totalit.r indebita n.ae anthonomastice dicunt.r dona gratiae Dei. etiã procedunt de bonis operibus n.alibus; et liberis, quae ñ ss. debita n.ae debito necessitatis; s. debito contingentiae; et poss. a Deo absque miraculo in qualibet occasione negari; Inde ñ licet hõi, etiã in ordine n.ali in seipso confidere; et gloriari, nã ipsi dicet.r quid habes, q.d ñ accepisti? et propter hoc Concilium Arausicanum 2.um canone 22 ait: nemo het de suo, nisi mendacium; et peccatum; quidquid autem het hõ veritatis, atque iustitiae a Deo ẽ, q.d prius dixerat D. Aug.nus tractu 5. in Ioannem. Inde lib. de gratia, et libero-

seq. 2us

de libero arbitrio cap. 6. ait: si tibi ab teipso, et non à Deo sunt merita tua, haec enim si tua sunt, mala sunt. quae mala sunt, quae mala sunt non coronat Deus, si autem bona sunt, Dei dona sunt. quia Jacobi 1. dicitur omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum. et Joan. 3. non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de Caelo. et actorum 17. cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia, et ita certum est, quod Deus est largitor omnium bonorum, tam ordinis naturalis, quam supernaturalis.

Efficatia Gratiae.

Sed quia haeretici pravis explicationibus corrumpere conantur Sacram Scripturam, et Ecclesiae definitiones, in quibus apertissime dicitur omnia bona opera nostra esse dona Dei; ad hoc tenendum, et defendendum in sensu catholico contra haereticos, duae conditiones requiruntur. 1a est, quod bona opera dicantur dona Dei, non quia à solo Deo, et non à nobis procedant, ut dixit Luterus, damnatus in tridentino sess. 6. canone 4. et 32. nec solum dicuntur dona Dei in eadem quia sit dedit nobis voluntatem sufficientem ad bene operandum, ut dicebant Origenes, et Pelagius relatus à D. Augustino de gratia Christi cap. 41. sed dicuntur dona Dei quia Deus per auxilia gratiae suae facit nos velle, et facere bonum. Unde Thomas 3. contra gentes cap. 89. refert quosdam dixisse, quod Deus causat in nobis velle, et perficere, in quantum dat nobis voluntatem volendi, non autem sic, quod faciat nos velle hoc aut illud; et Origenes exponit in 3. perhiar con liberum defendum arbitrium contra authoritates praedictas Sacrae Scripturae; cum autem per omnia auxilia sufficientia, quae possunt esse in nobis, ipsi nec velimus, nec operemur bonum; Deus per hujusmodi auxilia, solum nobis donat voluntatem volendi, et operandi, Inde collatio horum auxiliorum non sufficit ad verificandum in sensu catholico bonum voluntatem, et operationem esse dona Dei; sed ulterius requiritur auxilium efficax quo Deus infalibiliter faciat nos velle, et operari bonum. Unde D. Augustinus de praedestinatione Sanctorum cap. 11. ait: ideo sunt (sit. bona opera) et nobis praecipiuntur, et dona Dei esse monstrantur, et intelligatur quod nos ea facimus, et Deus facit, ut illa faciamus. ut dicitur Ezechielis 36 faciam ut in praeceptis meis ambuletis. et Joannis 6. 7. dicitur nemo fecit vos venire ad me. Unde epistola 105. et de bono perseverantiae cap. 25.

probat D. Remig. Pelagianos orationes esse donum Dei, quia Deus facit nos orare, secundum illud ad Rom. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus id est postulare nos facit; quod enim petit Ecclesia cum dicet: fac nos, quae tibi sunt placita postulare: et iterum recorde rogare munda, fac nos precamur Domine. et Concilium Arausicanum 2. can. 3. ait: si quis in Vocatione humana gratiam Dei dicit posse Conferri, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis: contradicit Isaiae Prophetae, vel Apostolo idem dicenti: inventus sum a non quaerentibus me; et idem docet de caeteris bonis operibus in Canonibus sequentibus, ut latius diximus in tractatu de gratia art. 1. Ccl. 1a

Solum est observandum in praedictis orationibus quid, et a quo postulemus, ut Cognoscamus; quid nobis a Deo donet. Ut enim ait D. Augustinus epist. 107. Non tantum oramus pro infidelibus, ut fiat eorum notitia aut doctrina eis praedicetur, quam malo suo audiunt, si non Credunt; et plerumque pro eis oramus, qui cum legant, vel audiant nolunt Credere; sed oramus ut Voluntas corrigatur, doctrinae contraria non assentit. Inde non petimus, quod solum auxilia sufficientia dentur infidelibus, nam haec malo suo recipiunt, si non Credunt cum ipsis receptis committant peccatum infidelitatis, quod non haberent si auxilia sufficientia non recepissent, et illi infideles, qui legunt, vel audiunt eiusdem Evangelii doctrinam, et nolunt Credere, ipsi habent auxilia sufficientia, alias non Credendo, non peccarent, quod ergo a Deo petimus est ut infidelibus donet fidem donando gratiam efficacem; quae faciat ipsos Credere; quam etiam gratiam efficacem, non vero sufficientem; postulat Ecclesia cum dicit: fac nos amare, quod praecipis. et iterum fac me tuis semper inhaerere mandatis, et eadem gratia efficax postulatur cum Tob. 8. dicitur: fac eos Domine plenius benedicere te; et postulabat Apostolus ad Hebraeos 13. dicens: Deus autem pacis aptet vos in omni bono ut faciatis eius Voluntatem, faciens in nobis; quod placeat coram se. nam ut exprimit D. Thomas ibi lect. 3. quod ait Apostolus aptet vos in omni bono, idem est; ac faciat vos velle omne bonum: et ergo subdit faciens in vobis; quod placeat coram se; idem est; ac faciens vos velle, quod placet ei; cum ergo a Deo postulemus gratiam efficacem, non vero pure sufficientem; necessarium est Cognoscere distinctionem inter unam gratiam, et aliam; et quod non solum Deus donet gratiam ut sufficientem, sed etiam, ut efficacem. §.

Ubi

Vbi Obseruandu e Dª Caluini; qº n petimus a Deo, Vt det nobis opera libertate carentia; s. opera bona moraliter laudabilia; et meritoria; qº sine libertate habere n poss. et eu oramus: Deus, Vt facias nos Velle; et facere bonu, n petimus; Vt faciat nos Velle; et facere naturaliter, nario; ac si essemus bruta animantia; s. quod faciat nos libere Velle; et libere operari. Vnde D. Aug. lib de correctione, et gratia cap. 8. explicans illud Lucæ 22. ego rogaui pro te Petre, Vt n deficiat fides tua: sic ait: qdo rogauit; ne fides eius deficeret, quid aliud rogauit; nisi, Vt haberet in fide liberrima, fortissima, inuictissima, et perseuerantissima Voluntatem. Vnde nostris orationibus a Deo petimus gratia efficacem; n solu quu ad substantia; s. etia quu ad modu libertatis; qua Deus infallibiliter facit nos libere Velle, et libere facere bonu.

Aquo etia petimus; debemus considerare; ng Deu oramus; et ita firmiter credere debemus; qº pot postulata concedere X.ª illud Iacobi 1º postulet autem in fide nihil hæsitans. Vnde petere sine hac fidei firmitate e tentare Deu. Vt ait D. Augnus in Psalm. 77. ad illa Verba tentauerunt Deu in Cordibus suis; Vt peterent escas animabus suis; et male loquuti st. de Deo; et dixerunt, numquid poterit Deus parare mensa in deserto. cu autem Deus donare n possit merita nra; nisi ipsa habeat in suo dominio, et potestate; qª nemo dat; qº n het; hoc dominiu; et potestate firmiter Credere debemus; cu Deu oramus; Vt Credebat sapiens; qui dicebat. Sapientiæ 7. mihi autem dedit Deus dicere ex sententia; et præsumere digna horu; quæ mihi dantr. quonia ipse sapientiæ dux e; et sapientu emendator; in manu enim illius; et nos; et sermones nostri; et oes sapientia; et operu scientia; et disciplina; Deus aut n pot facere infallibiliter; qº libere Velimus; et faciamus bonu; nisi in suo dominio; et potestate heat nru liberu arbitriu; ng facere, qº Velimus; et faciamus bonu e Vti nro libero arbitrio; cu Vsus sit applicatio rei ad opus; et facere; qº libere Velimus, et faciamus e applicare nru liberu arbitriu ad opus; l. operationem; Vsus autem e actus proprius dominii; cu dominiu sit libera facultas Vtendi re sua absque

iniuria alterius; Inde cum oramus, firmiter credere debemus, hoc supremum Dei dominium supra liberum arbitrium creatum. Xa. illud Proverbiorum. 21. Cor Regis in manu Dni quocumque voluerit inclinavit illud; ex quo recte intulit D. Aug. de bono perseverantiæ cap. 23. q. n. oraret ecclesia, ut daret infidelibus fidem, nisi Deus crederet, et aversas, et adversas hominum ad se converteret voluntates; nec oraret ecclesia, ut perseveraret in fide; nisi crederet Dnum; sic in potestate haberet cor nostrum; ut bonum; q. n. tenemus, nisi propria voluntate; n. tn. teneamus; nisi ipse in nobis operetur, et vellet.

Ex quo etiam recte inferunt Ssi; q. auxilium gratiæ; quo Deus dat nobis velle; et operari bonum faciendo infallibiliter, q. libere velimus et agamus bonum habet efficatiam, et infallibilitatem ab intrinseco, et ex natura rei participatam; et ex supremo Dominio, et omnipotentia Dei; n. vo. ex nostro consensu conditionato prævisso per scientiam mediam; qa. aliàs nullus poterit in fide, nihil gestans petere à Deo, ut infideli tribuat fidem, nam sic omnia auxilia; quæ Deus pot. infideli tribuere st. ex natura rei cum dissensu compatibilia; infidelis contingens è; q. Deus per scientiam mediam prævideri, q. etiam si dederit infideli omnia auxilia possibilia ad credendum omnibus in sensu composito; resistet, et permanebit in sua infidelitate; qa. hæc scia media contingens è ex parte objecti, et Deus n. dum nobis revelavit, an prævideri; q. in statu conditionato infidelis consentiet, l. potius dissentiat toti collectioni auxiliorum: Inde merito possumus dubitare, an Deus possit convertere infidelem ad fidem: ergo firmitas fidei orandum Deo n. innitatur præscientiæ mediæ futuri consensus infidelis, quam tot Catholici negant; sed ipsæ, et supremo Dominio Dei; quæ ratio Deo conveniunt independenter à præscientia consensus in statu conditionato; quæ è contingens: et posuit n. eà in Deo consequitur efficatia gratiæ præveniendæ; n. pot. provenire à scientia media; sed ab omnipotentia, et supremo Dominio Dei; q. ipsi ratio convenit, et ipsi convenire è fide certum.

Prædiffinitio, et Prædestinatio bonorum.

Serna.

Bonorum Operum.

2ª Conditio defendendi in sensu catholico oia bona opera nostra eē dona Dei; ē dicere: qd oia bona opera n soly sf. à Deo praescita; sd etiā praedestinata; et praediffinita per efficax decre- y suae Voluntatis; qd saepius repetit D. Augus loquens de bonis operi- bus perfectis in lib. de praedestinatione SS. et de bono perseuerantiae in cuius libri capº 17 loquens de bonis operibus perfectis, fidei supponentibus; quae dona Dei eē asserebant Massilienses ait: an forte nec ipsa dicunt praedestinata: qd nec dant a Deo; aut ea daturum eē nesciuit; qd si et dantur; et ea daturum eē praesciuit profecto praedestinauit. et Sanctus Prosper ad capita Gallory in fine ait: quae enim ex Dei munere habemus; et quae praescita dicuntur n possunt n esse praedestinata; et quae praedestinat appellant n possunt n esse praescita. In malis autem operibus nostris sola praescientia intelligenda ē; qa sicut praesciuit, et praedestinauit; quae ipse facit: et Vt faceremus dedit; ita praesciuit tanty; non etiam praedestinauit; quae nec ipse facit; nec Vt faceremus exegit. et idem dixerat cap. 15. cy D. Augo de praedestinatē SS. capē 10. cy enim praedestinatio sit praescientia; et praeparatio beneficiory Dei; Vt diffinit D. Aug. de bono perseuerantiae capē 14. inter quae beneficia computantur bona opera; et merita nostra; cy sint dona; et beneficia Dei, consequir. bona opera n soly debent eē a Deo praescita; sd etiā praeparata; et praedestinata Xa illud Prouerb. 8. sm 70. praeparatr. Voluntas à Dnō. et ad Ephesiōs 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis; quae praeparauit Deus, Vt in illis ambulemus; et Concilij Arausi. canē 23. ait: qd homines; ita faciunt; qd Volunt; Vt diuinae seruiant Voluntati; qmuis Volentes agant qd agunt; illius tn Voluntas ē; a quo praeparatr; et iubetr qd Volunt. Inde canone 25. soly peccata excludit à diuina praedestinatione; sicut etiā Concilij Valentiny sub Lotario capē 3. Vbi ait: fatemur praedestinationem tiy Dey statuisse quae ipse; l. gratuita sua misericordiā, l. iusto iudicio facturus erat in malis vº ipsory; malitiā praecisse; qa ex ipsis ē; n praedestinare; qa ex illo n ē. et Leonus in epistola decretali ad Petry Antiochenu in explicatione fidei Romanae, ait: Credo Dey praedestinasse solymodo bona; praesciuisse autem bona, malaque; quae dinctio inter bona; et mala opera doctrinalis non eēt si n soly mala; sd etiā aliqua bona n fuissent à Deo praedestinata.

Certū autē ē; q.º prædestinatio; et præparatio æterna importat decretū efficax diuinæ Voluntatis; nā D. Aug. de bono perseuerantiæ cap. 22 semipelagiani D.ª ipsū dicentibus; sic in eius sententiā prædicandū eē prædestinationē dicendo; ita se hēt de prædestinatione; diffinita sent.ª Voluntatis Dei; Vt alij ex infidelitate accepta Voluntate obediendi Veniant ad fidē; l. perseuerent in fide &.ª; subdit D. Aug. q̄muis q.º hæc Vera sint; n̄ tñ isto modo dicenda sunt audientibus multis &.ª cū possimus Congruentius dicere; ita se habet de prædestinatione diffinita sent.ª Voluntatis Dei; Vt ex infidelitate Veneritis ad fidē accepta Voluntate obediendi; et accepta perseuerantia maneatis in fide, Ex quibus Verbis constat prædestinationē importare decretū prædiffinitiuū; quod dicit.r diffinita sent.ª Voluntatis Dei. Vnde postea in eodē cap.e subdit; q. Deus omnia; quæ prædestinauit; impleuit: q.º Verū solū ē; quia in prædestinatione importatur Voluntas efficax Dei; quæ semper impletur.

Ratio autem theologica ē: q.ª de ratione boni; et beneficij est prouenire ex liberali; et gratuita electione donantis; cū sit effectus Virtutis liberalitatis beneficientiæ; aut misericordiæ; et primarius actus cuiusuis Virtutis moralis sit electio; nā in definit.e Virtutis dicit.r q.º ē habitus electiuus in mediocritate consistens; prout sapiens determinauerit; s.º omnia bona opera nostra sunt dona; et beneficia Dei, Vt fides docet: q.º prouenire debent ex libera electione Diuinæ Voluntatis; qua efficaciter Velit istis; et non illis; hæc; et n̄ illa beneficia donare; quæ electio efficax ē, ipsū decretū efficax prædiffinitiuū, et prædestinatiuū bonorū operū. Vnde exodi 33 dicit Deus: miserebor; cui Voluero, et clemens ero in quē mihi placuerit. Ex quo infert Apost. ad Rom. 9: q.º cuius Vult miseret.r, et quē Vult indurat et 1.º corinthiorū 12. Hæc oīa operat.r Vnus adq.º idē Sp.us diuidens singulis, prout Vult. et Ioan. 3. Sp.us Vbi Vult, Spirat; quæ Verba sic expendit D. Ambrosius tract. in simbolū Apost. cap.e 4. Vbi Vult, in quos Vult; et quantū Vult, et qñ Vult Spirat sua propria Voluntate; replet que gratiā sua, quos Vult, et quantos Vult; et qñ Vult sua propria Voluntate, et Nazianzenus orat.e 44. ait. Spirat enī; Vbi Vult, et super quos Vult, quando, et quantū; q.º aū ex electione Diuinæ Voluntatis; et liberalitatis dent.r nobis actus fidei; et aliorū Virtutū. Constat ex D. Aug.no de prædestinat.e

de praedestinatione SS. cap. 17; et duobus sequentibus; ng Pelagianos asserentes Deum nos, et n illos elegisse, q. praevidit Credituros, et futuros Sanctos, et immaculatos per libera Voluntatis arbitrium ipsos impugnat, q. Apost. ad Ephesios 1. ait: elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, Ut essemus Sancti, et immaculati, n q. q. futuri eramus, s. Ut essemus electi sumus; ng. propterea dictum e ab Apostolo, q. praescivit Deus credituros, n q. facturus fuerat ipse Credentes d. ista praescientia, loquit. filius Joann. 15. dicens: n Vos me elegistis, s. ego elegi Vos; cum hoc potius praescierit Deus, q. ipsi eum fuerant electuri, Ut ab illo mererentur eligi; electi ss. itaque ante constitutionem Mundi; ea praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit, electi sunt autem de mundo ea Vocatione, qua Deus id, q. praedestinavit implevit. et idem repetit cap. 19. cap. V. 18. ait Apostolus Jacobus cap. 2. dicit, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide, et haeredes regni, q. repromisit Deus diligentibus se, eligendo eos facit divites in fide; sicut haeredes regni, recteque ipsa in eis hoc eligere dicitur, q. Ut in eis faciat, eos elegit; et idem docet de gratia, et libero arbitrio cap. 18.

Confirmatur. Arguitur de sumpto ex oratione; et gratiarum actione, frustra a Deo petimus, q. det infidelibus fidem, et fidelibus bona opera meritoria, si Deus n pot. Velle efficaciter dare huius modi dona. ng Ut ait D. Greg. lib. 1. Dialog. cap. 8. obtineri nequaquam possunt, quae praedestinata n fuerunt, petere autem, quae obtineri n possunt stultitia e; st petere, q. numquam Veniat antichristus, seu resurrectio Mortuorum, nec dies iudicii; Unde potius orandus e Deus Ut Velit, quod necesse e fieri, quod Voluerit, Ut ait D. Aug. in Enchiridione cap. 13. et adducit D. Thomas 1. p. q. 19. art. 8. ad 1. Unde nisi concedatur praediffinitio, et praedestinatio bonorum operum stulta sunt orationes Ecclesiae, quibus postulat fidem, et bona opera, Ut quid etiam gratias agemus Deo, q. dedit infidelibus fidem, et aliis merita, et bona opera; si Deus numquam Voluit efficaciter praedicta donare, cum in gratiarum actione potius debeat attendi electio; et affectus donantis, quam effectus, vel donum. Ut ait D. Thomas 2.a 2.ae q. 106. art. 5. et 6. Unde haec gratiarum actio erit potius adulatio; et oratio erit potius irrisio, Deus autem n irridetur.

Propter haec; et plura alia; quae adduxi in tract. de Voluntate Dei, de praedestinat. et gratia, existimo firmiter ee Credendum

bona opera; et opera nostra eē dona Dei; qª sunt ab æterno prædestinata; et prædiffinita; et in tempore dantur per auxiliū, quo Deus facit nos Velle, et facere bonū per auxiliū, quo Deus facit nos Velle et facere bonū ~~[illegible]~~ Vtramque enī conditionē eē necesā ad saluandū in sensu Catholico bona nostra eē dona Dei sufficienter explicuit Cœlestinus Papa. in epistª ad epōs Galliæ; circa finē dicens: tanta ē erga omnes hominēs bonitas Dei; Vt nostra Velit eē merita; quæ sunt ipsius dona; et pro his; quæ largitus ē, æterna præmia sit donaturus, et reddit rationē cōmmetē subdens, agit quippe in nobis; Vt quod Vult, et Velimus, et agamus nec otiosa eē in nobis patitʳ, quæ exercenda n̄ negligenda donauit; nā in illis Verbis; Vt quod Vult. explicat Decretū prædestinatiuū, et prædiffinitiuū nostrorū meritorū; quo Deus agit, quod Velimus; et agamus; qᵈ ipse Vult; sicut eā dicitʳ proverb. 21. Cor regis in manu Dn̄i. quocumque Voluerit inclinauit illud in illis Verbis; quocumque Voluerit significatʳ. decretū efficax, et prædiffinitiuū; quod magis expressit D. Aug. de prædestª. SS. capª 20. dicens: agit quippe Deus, quod Vult in Cordibus hominū; vel adiuuando; l. iudicando; Vt etiā per eos impleat; quod manus eius, et Conciliū prædestinauit fieri.

In illis autem Verbis; nec otiosa eē patitʳ. explicat Pontifex, efficaciā; et infalibilitatē diuini decreti; et gratiæ præuenientis; qua Deus infalibiliter facit; Vt faciamus, et Velimus bonū; nā idem ē n̄ pati eē otiosa in nobis principia; et auxilia sufficientia data ad exercitiū Virtutis; ac ipsa reducere de otio in actū; et facere; quod faciant, et operentʳ. Vt etiā dicebat D. Aug. de prædestinatª Sanctorū capª 19. Deus igitur operatʳ. in Cordibus hominū Vocatione illa, sm̄ propositū suū; Vt n̄ inaniter audiant Euangeliū; sed eo audito Conuertantʳ, et Credant, qᵈ idem ē; de facere quod Credant, et n̄ permittere qᵈ sint otiosa in infidelibus auxilia; et gr̄ia sufficientia ad Credendum. et hæc dicta sufficiant pro intelligentia antiquæ controuersiæ, ob cuius ignorantiā aliqui Catholici n̄ intelligentes Connexionē quæstionum; parū tute loquuntʳ; et quodmodo Concedunt; alijs tēpis negant; et cum radix totius disputationis consistat in determinando; an; et quomodo

quomodo bona opera, et merita nostra sint dona Dei; de hoc puncto pary; aut nihil curant, et in vanis dilatantur.

Disputatio Moderna.

1 Universi defensores scientiæ mediæ Deo Concedunt Cognitiones futurorum liberorum sub conditione independenter à decreto determinato solum ex parte objecti, neque conditiones ponunt decretum indifferens; in quo tamen negant, posse cogni futurum contingens; et asserunt Deum tale futurum Cognoscere; vel in super comprehensione nostri liberi arbitrij, ut vult Molina; vel in ipsa Veritate objectiva, quæ determinationem habet vel ex lege contradictoriarum; quarum una debet esse determinate vera, et altera determinate falsa; vel ex ipso futuro eventu, aut ex potentia; quæ suo tempore haberet futurum conditionatum, si in re ponerentur eius conditiones.

Consequenter ad hanc doctrinam asserunt, quod posito decreto producendi liberum arbitrium, et tribuendi ei concursum indifferentem, et vocationem sufficientem Deus independenter ab alio decreto efficaci determinato, vel in super comprehensione liberi arbitrij, vel in ipsa Veritate objectiva cognoscit omnes actus liberos futuros, sive bonos, sive malos; et quia ex hoc sequi videtur, quod Deus per scientiam necessariam cognoscat etiam libera omnia decreta suæ Voluntatis, quæ secundum nostram rationem habebit in signo sequenti, nam ipsa potest cognoscere in Veritate objectiva, sicut cognoscit actus nostros liberos futuros; hoc etiam Concedit Suarez lib. 2 de scientia Dei cap. 8 n. 6 et ut quod tamen negat Molina disp. 17 quia Deus non super comprehendit suam Voluntatem, sicut humanam; et alij etiam consequenter negant, quia in decretis Dei non potest intelligi futuritio. fatentur etiam omnes, quod non solum in ipsa Veritate objectiva, aut in causis secundis super comprehensis; sed etiam in se ipso potest Deus Cognoscere, et de facto Cognoscit omnia futura absoluta, nam cognoscendo suæ scientiæ mediæ, et decretum ponendi eius conditiones cognoscit Deus futurum actum bonum vel malum à nobis eliciendum; quia à conditionali ad absolutam purificata conditione est bona consequentia. an autem detur aliquod decretum

in quo solo; et praecise considerato possit Deus cognoscere futura; è valde controversum inter ipsos; nam Plures cum Molina, Lessio et alijs asserunt in Deo non posse dari decretum efficax, et determinans vim actus liberi creati; et ipsum infallibiliter inferens; in quo Deus possit ipsum cognoscere; inde ergo negant decretum dandi vocationem formaliter, ut congruam; et efficacem efficaciâ desumpta à scientia media; quae dicitur efficax auxilium in actu 1°. sed scientiam mediam per accidens, et concomitanter, se habet vim decreti donandi auxilia, sicut Musica in Artifice ad aedificandum, ut loquitur Molina in concordia q. 23. art 4. disp. 1. memb. 10. § arbitrabantur, et sequenti; in qua sententia Deo conceditur praescientia nostrorum meritorum; non vero ipsorum praedifinitio, et praedestinatio, et quae haec sententia coincidere videtur cum errore Origenis, Pelagianorum, et semipelagianorum, nec in ipsa salvari merita nostra esse dona Dei specialia; sed solum dona in causa indifferenti; ideo à nostris Magistris ad tribunal Romanae sedis delata est inter alias Molinae sententia, et quia non bene audierit apud Sedem Apostolicam; ut moderni dicunt, sufficienter constat, ex eo quod Praepositus Generalis Societatis, Claudius Aqua Viva, qui praesens fuit disputationibus Romae habitis coram Clemente 8. et Paulo 5 praecepit omnibus lectoribus, et Magistris societatis Iesu; ut relicta hac sententia sequentem; quae è Patris Suarez, defenderent, ut refert Paulus Leonardus de scientia media cap. 2. n. 55.

Alij vero cum Suarez asserunt: supposita scientia media Deum efficaciter praedifinire bona opera supernaturalia, et meritoria; et ex vi huius intentionis eligere illam vocationem; quam scientia media praevidit habituram effectum; quam vocationem appellant auxilium efficax in actu 1°. et in hoc decreto praedifinitivo asserunt Deum cognoscere futura merita nostra; et ita non solum praescientiam; sed etiam praedestinationem meritorum recognoscunt in Deo; asserit tamen Suarez lib. 2 de auxilijs Dei, cap. 7 à num. 11. hoc decretum praedifinitivum non esse simpliciter necessarium; etiam in ordine ad actus supernaturales, nec dari tale decretum in ordine ad malitiam peccati, nec in ordine ad omnes actus bonos; et honestos ordinis naturae; unde malitiam peccati, et actus bonos naturales cognoscit Deus in ipsa veritate obiectiva; non vero in decreto.

Sed

S. partitè loquitur negando prædiffinitiones et prædestinationes in ordine ad actus laudabiles ordinis naturæ; quia ut ex dictis constat; Deus non solum dat nobis posse bene agere in ordine naturæ, sed etiam ipsum velle; et agere bonum; et ipse Suarez. lib. 3. de auxiliis cap. 15. num. 11. dicens: quod Deus per vocationem congruam, et efficacem facit, quod faciamus: subdit: et tunc dicitur specialiter Deus non solum dare posse, sed etiam dare velle; et operari, non quia excludat proprium hominis determinationem ad ipsum velle; sed quia talis vocatio ex intentione, et speciali providentia Dei datur, ut infallibiliter effectus volendi in homine consequatur. quod vel debet dicere quod Deus in ordine naturæ solum dedit nobis posse bene agere, non vero omnes bonas voluntates; et actiones; et ita plura habemus bona, quæ realiter non accepimus à Deo; de quibus in nobis possumus gloriari, et non in Deo; qui iuxta hanc sententiam non è largitor omnium bonorum; quod abhorrent aures, vel debet concedere; quod omnis bona voluntas, et opperatio in ordine etiam naturæ è à Deo prædiffinita, et data in tempore per auxilium efficax in actu 1.º merito ergo Granados. disp.e 3. de Voluntate Dei num. 4. et tract. 2 de prædestinatione disp.e 2. à n.º 14. concedit omnia bona opera etiam naturalia esse a Deo prædiffinita, et in hac prædiffinitione à Deo cognosci. alii vero licet cum Vazquez acriter impugnant prædiffinitionem formalem actuum liberorum, etiam supposita scientia media, concedunt tamen prædiffinitionem virtualem, quæ è voluntas efficax dandi vocationem congruam, et efficacem, quæ prævissa è à Deo per scientiam mediam et quia voluntas medii efficacis, et virtualis volitio finis, ideo voluntas dandi hanc vocationem dicitur prædiffinitio virtualis actus liberi, quæ prædiffinitio virtualis non provenit ex efficaci fine; sed à quodam amore, et simplici complacentia actus liberi; et in tractatu de prædestinatione dicunt quod voluntas efficax mediorum prædestinationis non provenit ex efficaci electione hominis ad gloriam, sed ex voluntate antecedenti salvandi omnes homines, quia electio hominum ad gloriam è post prævissa merita in hac autem prædiffinitione virtuali asserunt Deum cognoscere actus liberos futuros.

Plures etiam ex prædictis supposita scientia

media concedunt in Deo decretum efficax, et determinans, quo Deus vult concurre-
re ad nostros actus liberos; in quo decreto omnes praeter Vazquez asserunt
Deum cognoscere actus liberos futuros; dicunt tamen: hoc decretum non esse ante-
cedens, sed concomitans; quod falsum esse late ostendimus in tractatu de Voluntate
Dei; et bene probat Suarez lib. 1º de scientia cap. 6. à nº 9. inter istos autem
Authores; aliqui ante hoc decretum determinans, et concomitans ponunt decre-
tum indiferens, et conditionatum, ut voluntas constituatur potens in actu 1º ad li-
bere eliciendum actum, quem voluerit. alij vero cum Vazquez rejiciunt de-
cretum indiferens, et conditionatum, et solum concedunt decretum determinans, et con-
comitans. aliqui etiam Moderni hoc decretum determinans concedunt non regula-
tum scientia media; sed scientia abstractiua futurorum in statu absoluto, quam ab
ipsis appelatur scientiam abstractiua futurorum; quam habet de actu futuro
per cognitionem scientiae mediae; et decreti purificandi conditionem sui obiecti.

2ª vero sententia asserit: Deum non cognoscere futura
libera independenter à decreto absoluto, et determinato, sed bona cognosce-
ret in decreto efficaci praedefinitiuo, et praedestinatiuo ipsorum, aut in essentia
diuina determinata per hoc decretum; mala vero seu peccata in decreto permissi-
uo, aut in essentia diuina, ut determinata per talia decreta; ita sentiunt Thomistae, et
Scotistae, quos late refert Villegas Contro. 3. disp. 3. cap. 2. et disp. 4. cap. 1.
et in praesenti Aluelda, Cornejo, Salmanticenses, Lisbonienses, et plures alij.

Scotus autem in 1º dist. 39. q. 1. §. Ultima. duos
modos assignat, quibus Deus supposito decreto efficaci futura libera con-
tingentiaque cognoscit. 1us est cognoscendo suum decretum, et quod infallibiliter implebitur;
et consequenter infallibiliter erit actus liber à Deo determinatus, qui modus cognoscen-
di est per discursum virtualem. 2us est quo Deus directe, et absque discursu
virtuali cognoscit ipsa futura contingentia; nam supposito decreto, ipsa futura
sunt determinatam veritatem, et consequenter repraesentantur per essentiam diuinam; et cognoscuntur
ut determinata vera, non tamen quod futura moveant intellectum diuinum; nec enim tamen illo-
rum ad apprehendendum talem veritatem; quia tunc intellectus diuinus vilesceret
nam penderet ab alio distincto à sua essentia, sed quia contingentia, quae determina-
tam veritatem non habebant in 1º signo ante decretum, et ita pro illo signo
non repraesentabantur per essentiam diuinam, supposito decreto repraesentantur, ut determinata vera
in 2º signo, et ita saluatur, quod semper essentia diuina est ratio cog-
noscendi futura.

Vazquez

Vazquez autem 1.um modum reijcit et 2.um amplectitur qui potest probabiliter defensari, et probabiliter defendit, quod Xpus Dnus per scientiam infusam Cognoscit futura contingentia in se ipso, non Cognoscendo diuinum decretum; et ita nec Deus indigebit decreto, tanquam medio cognito ad cognoscendum futura absolute, quamuis ipsum debeat supponere, ut Concedunt Scotus, et Vazquez, quamuis autem Ill.mus Godoy tract. 9. disp.^e 35. n.º 190. reddat disparitatem, eo quod Cognitioni diuinae sub quacumque formalit.^e repugnat specificari à Veritate Creata, ac proinde, nihil Creatum potest in seipso Cognoscere, ut in medio, et ratione Cognoscendi; Sed medium diuinae cognitionis vel cuiuscumque a se cogniti debet esse aliqua diuina formalitas, et quia formalitates naria non est medium sufficiens ad Cognitionem futurorum contingentium debet esse aliqua formalitas libera, ~~...~~ formalitas naria; ut per liberum decretum; Cognitioni autem Creatae non repugnat specatio ab entitate Creata, ac proinde, nec illi repugnare potest ad entitatem creatam in se; et ratione sui immediate trahi.

Sed hac disparitas modum praedictum non enervat, nam Scotus ponit pro medio cognoscendi futura, non aliquid Creatum, Sed ipsam essentiam diuinam determinatam per decretum, Sed asserit, quod decretum non constituit formalit.^e essentiam diuinam in ratione medium ad Cognoscendum futura; Sed praesuppositiue se habet, ut causa tribuens Veritatem determinatam futuris, qua Veritate supposita essentia Diu.^a ipsam repraesentat, cum ex se habeat Virtutem infinitam ad repraesentandum omnem Veritatem; et species Ang.^{ca} supposita existentia futuri Contingentis ipsum repraesentat, absque aliquo superaddito; et cum hac determinatio essentiae diuinae ad repraesentandum futura non tantum habeat ab ipsa Veritate formaliter obiectiua (ut dicebant defensores scientiae mediae, quos dubio praecedenti impugnabam) Sed ducat originem ex ipso libero, et efficaci decreto Dei, nullam videtur imperfectionem importare repugnantem Deo; et ipsi non repugnat in sent.^a probabili obligatio iustitiae commutatiuae propter merita Creaturae ortum ducens ex diuina promissione sub titulo onaeroso, et Volunt.^e efficaci donandi merita. Inde hac sent.^a est probabilis, quam etiam plures defendunt, quos refert Villegas locis citatis, et inter ipsos Capreolus, quem falsò alij referunt pro sent.^a asserente Deum non Cognoscere futura in decreto, Sed in aeternitate, nunquam enim negauit Capreolus quod Deus Viso decreto, non videat futura; Sed solum asserit quod ut essentia diuina sit medium ad Cognoscendum futura non requirit decretum, tanquam rationem formalem, Sed solum tanquam quid praesuppositum.

Sed haec dissensio est parvi momenti, et conformius menti D. Thomae, statuatur quod decretum ingrediatur formaliter ad obtinendum esse divinum in ratione medii repraesentativi futurorum; quia D. Thomas cum sanctis Patribus supra relatis aperte saepe docet Deum cognoscere futura in sua essentia, nunquam in causa, decretum autem efficax non se habet, tanquam quid praesuppositum in essentia divina, sed est causa creaturarum; Sed ipsum distinguit in ratione causae actualis creaturarum, quatenus est medium ad cognoscendum futura, sed essentia divina quatenus est causa in virtute et in actu primo est medium ad cognoscendum possibilia, et consequenter decretum formaliter ingreditur ad obtinendum esse divinum in ratione medii repraesentativi futurorum.

Et in sententia negante existentiam futurorum ab aeterno in mensura superiori aeternitatis, ita dicendum est, quia iuxta hanc sententiam in futuris nulla est determinatio proveniens ab existentia ipsius futuri, sed tota determinatio futuri est pura denominatio extrinseca proveniens ex decreto efficaci, ut diximus dubio 1º cum autem impossibile sit cognoscere effectum formalem non cognita forma, et denominationem extrinsecam non cognita forma denominante, consequenter implicat quod Deus supposito decreto cognoscat futurum cum infallibili determinatione ad existendum non cognito decreto, a quo formaliter provenit talis determinatio.

Proponitur CC.

CCº est: Deus non cognoscit futura libera contingentia in nostro libero arbitrio supercomprehensio, nec in ipsa veritate obiectiva, sed ipsa cognoscit in decreto efficaci praedefinitivo boni, et permissivo mali. Ita universi Thomistae, et vero pater Ioannes Molina, et Bacanus, cum caeteris aliis a Iesu ipsis, et breviter probatur, quia nec per comprehensionem, nec per supercomprehensionem infinitam superexcedentem potest cognitum potest cognosci in principio quod in ipso cognoscibile non est, sicut quod producibile non est produci non potest per potentiam quantumvis infinitam; Sed actus liber futurus cognoscibilis non est in nostro libero arbitrio, et praeactuato auxiliis sufficientibus: ergo a Deo cognosci non potest per supercomprehensionem nostri liberi arbitrii. minor probatur quia in principio non est infallibiliter cognoscibile aliquod, nisi habeat infallibilem connexionem cum principio, et ex illo per necessariam consequentiam inferatur: alias in quo libet obiecto posset infallibiliter cognosci quodlibet aliud; et bonitas consequentia necessaria non erat ad evidentiam scientiae; Sed liberum arbitrium cum omnibus auxiliis sufficientibus non habet

n̄ hēt infalibilē cnexionē cū actu libero futuro; nec ipsū infert per nāūg cog: ng Molinā fatet. liberū arbitriū posse in sensu composito resistere oibus auxiliis gratiæ prouenientibus; q̄a aliās destrueret. libertas. q̄ actus liber futu: rus n̄ ē infalibiliter cognibilis a Deo in libero arbitrio, quātumuis super cōprhenso. et 3ᵃ. Sane partes nullū ē argūtū apparens q̄ indigeat solutione.

Adᵃ. Vᵒ. pars quæ ē 3ᵃ. Coē Sentᵃ. defensorū sciæ mediæ cstat ex tribus dubiis præcedentibus; ꝗ q̄a futura libera n̄ hent de- tratā Veritatē independenter á decreto efficaci Dei; et ita cognosci n̄ pōt sunt independenter á decreto efficaci in ipsa Veritate obiua. ꝗ eā. q̄a ergo gratis admittat. hac Veritas detrata in futuris liberis adhuc Deus ipsā cog: noscere n̄ posset independenter á decreto efficaci prædiffinitiuo ipsius; q̄a nec heret speciē, nec mediū in quo talē Veritatē cognosceret, nā essā Diuina Jnse n̄ plus repræt Deus cnsensum, quā n̄ cnsensum; nec pōt essā Diu. detrari ab ipso cnsensu futuro; Vt ipsū repræt; q̄a cnsensus futurus añtequā sit, et repræt. per essā diuinā, in quā per species, et mediū ē purū nihil; et nihil amplius hēt quā cnsensū pure possibilis; rōe cuius posset detrare essā Diuinā ad ipsū repræsentandū; maxime cū essā diuᵃ. detrari n̄ possit ab obiᵒ creato, sic nec diuinus intellectus pōt moueri, et detrahi ab obiᵒ creato, nec diu. Cognitio pōt hic trahi ad obiū creatū; vt supra ostensū ē: ꝗ eā q̄a species, et mediū debnt here cnexionē cū obiᵒ repræ- to, vt ducat in cognitionē ipsius. Vt dicū ē 3ᵃ. Molinā: essā aūt diuina præcisso decreto efficaci here n̄ pōt intrinsecā, et infalibilē cnexionē cū consensu libero futuro potius quā cū dissensu; nā hac intrinseca cnexio, essæ Diuinæ n̄ pōt causari ab ipso consensu futuro, nec aliunde prouenire pōt nisi á decreto efficaci; et ita ipso præcisso, Deus n̄ posset cognoscere Veritatē obiuā futurorū.—

Solū ē obseruandū, q̄ authores 3ᵃⁱⁱ. ex duobus prīs mouent. ad defensandū Deū cognoscere futura libera in ipsorū Veritate obiua; et in ipsis eē talē Veritatē detratā, Vᵗ ē: q̄a ex duobus ppᵇᵘˢ cnᵃ. dictoriis, vna debet eē detrate Vera; et alia detrate falsa. q̄ prīs ē coē tā futuris absolutis, quā cnditionatis, sparsim, aut nullā here apparientiā Veritatis, præscindendo á decreto diuino cstat ex dictis dubᵒ. 1ᵒ. et 2ᵒ.. 2ᵘˢ prīs ē, q̄a ex ista, l. euentus rei futuræ erit detrate tempore sequenti, et cū diuina Cognitio ab æterno ferat. super oia, quæ sunt, fuerunt, et erunt, ita vt intuitiua oīā cognōscat, vt ait D. Thās in hoc artᵒ; consequenter Deus ab æterno cognouit actū liberū pro tempore, pro quo existit; et ex coenti.

q. pro toto tempore ante; et futuro; Unde habet infalibilem futuritionem actus liber à sua propria existentia cognita à Deo intuitiue ab aeterno et ita rem explicat Suarez lib. 1º de Scientia Dei cap. 8. et Herice disp. 6. cap. 8. Hoc autem sunt in aliis futuris conditionatis; quae numquam erunt; qualis fuit Paenitentia Tyrorum; et Sidoniorum; quae numquam habuit existentiam; nec fuit intuitiue cognita a Deo; et ideo supra dixi; ex eo q. Deus cognoscat futura absoluta independenter à decreto determinato, et ante, hoc sensu habet apparientiam veritatis; quam videtur doctrina D. Thomae in hoc articulo, et ita adducit duo vera principia; unum verum est q. Deus ab aeterno intuetur omnia futura; quatenus sunt in seipsis; et verum est etiam q. cognoscens rem tali tempore incipientem esse; eam cognoscit; q. toto tempore antecedenti erat futura; ex quibus principiis per bonam consequentiam infertur, q. Deus ab aeterno cognoscens actus liberos incipientes esse suo tempore; eos cognoscit, q. tota duratione antecedenti sunt futuri; et infalibiliter erunt; Hic tamen discursus, qui bonus apparet, claudicat in primo principio; nam licet verum sit, q. supposito decreto praedifinitiuo actus liberi, Deus ab aeterno intuetur actum liberum suo tempore existentem; et toto tempore antecedenti esse futurum; negato vero decreto efficaci, et praedifinitiuo, hoc principium est falsum. Tum quia falsum est, quod actus liber fieri; et esse possit; solum Deo concurrente per decretum conditionatum; et indiferentem absque decreto efficaci; et praedifinitiuo, ut late ostendimus in tractatu de Voluntate Dei; unde ablato hoc decreto; actus liber numquam erit; nec à Deo intuitiue cognoscetur: Tum etiam; quia adhuc hoc gratis admisso; in Deo non esset species; aut medium; quo posset cognoscere actum liberum ut existentem suo tempore; et ut futurum toto tempore antecedenti; ut probatum est in hoc; et praecedenti dubio. =

Argumenta autem; quae militant, contra hanc partem conclusionis proposita sunt tribus praecedentibus dubiis.

3.º Ut pars-

3.a V.o pars Ccl.is: Vt oia futura libere bona Cognoscat
Deus in sua essa; Vt decreta per decretum efficacem, l. in ipso decreto pb. 1.o q.a
Deus oia futura; et existia cognit in seipso tanquam in causa, Vt vo, et autes SS. Pa
tres ostendimus supra arto 5. S.o Deus n est causa futurorum, et existentium per
sug etiq sim se deideratq; N.o Vt decreta per decretum efficacem sua Voluntatis;
Vt docet D. Thos supra arto 8. et cater Sancti Patres a nobis adducti in
tract.u de Volunt.e Dei arto 8. Vbi ostendimus: Deus n causare nros actus li-
beros per decretum indiferens; et conditionatum; S. per decretum efficacem,
et determin: g. Deus actus bonos futuros cognit in sua essa, Vt decreta per
decretum efficacem, et predifiniaum ipsorum; in hoc autem discursu n solum premi-
ssa n SS. Patris; Set CC.s docent; S.tus Hilarius lib. 9. de trinit.e circa finem
Vbi exemplo horum explicat, qualiter Deus in sua Volunt.e futura Cognoscat;
dicens: Humana nat. q. agere deffiniunt, quod in se est, praesciunt, et sequitur
agendarum cognitio Voluntatem agendi; Deus V.o natus, quod in se, et per se e,
nescit.? per eum enim tempora, et in eo dies est, q. ipsi per ipsum futurorum distitutio est,
et in ipso adventus rei dispensatio e. et D. Aug.nus de pdestinat.e Sanctorum
Cap. 10, et 17 expresse docet: Deum bona opera nostra in sua pdestina-
tione Cognoscere, scilicet in decreto, quo disposuit, et praeparavit nobis
ipsa donare; et epist. 107. ait: propterea Deus, Vt oia futura opera sua
in praedestinatione praesciverit; sic illa disposuit, Vt quosdam n Creden-
tes ad fidem sug orationes Credentium pro eis exaudiendo convertat. Unde
de bono perseverantiae cap.e 17 loquens de fide, et bonis operibus ait: Haec
inquq, Dei dona, si nulla e pdestinatio, quq defendimus, n praesciuntur
a Deo, praesciunt. autem; Haec e g. pdestinatio, quq defendimus. et per hanc
doctrinam satisfacit B. Aug.nus interrogationi S.ti Prosperi; qui int. alia
quq quaerat, an licet diuidi scia a proposito temporali distinctione n pos-
sit; praescia, in quadam ordine; sit subnixa proposito, et sicut nihil fit quo-
rumcumque negotiorum; q. n scia divina praevenerit; ita nihil sit boni; q. in
nrg participationem n Deo authore defluxerit. Vt ait in epist.e ad Aug.num
ng Respondens B. Aug.nus q. oia bona opera sit dona Dei, n solum ab ipso prae-
scita; S.o eq pdestinata; Deumque ipsa in sua pdestinatione Cognoscere

et quæ nullo m͠o cognosceret, si n̄ prædestinasset; clarissime docet: q. præ-
scientia bonorum operum quodam ordine subnixa ē proposito, et decreto
prædestinatiuo; et consequenter, q. Deus in tali decreto, tanquam in medio cognoscit
nostros actus liberos futuros. q. similiter docet D. Thomas in 1.º dist.ª 35 art.º
3. ad 4. q.ª 1.ª verbis supra relatis: et dist.ª 39. q.ª 1. art. 1. ad 5. et 1.º
contra gentes cap.ª 68. et 3.º contra gent. cap.ª 56. et pluribus alijs locis: in quibus
docet: Deus futura cognoscere in Ideis, vel rebus ipsorum, et q. essentia diuina
n̄ ē Idea futurorum; nisi, ut decreta per propositum, et decretum Dei; ut docet q.ª
3.ª de Verit.e art 6.

Confirmatur q. futura cognosci n̄ possunt, nisi cognito eo, per
quod constituuntur in ratione futuri; maxime à Deo; qui perfectissime omnia cog-
noscit; sed omnia bona constituuntur in ratione futuri per decretum efficax Dei; ergo
cognosci à Deo n̄ possunt: nisi in ipso decreto. min. prob. nam Isaiæ 14. dicitur: iu-
rauit Dominus exercituum dicens: si n̄ ut putaui, ita erit; et quomodo mente
tractabam, sic eueniet; ut conteram Assyrium in terra mea, et paucis inter-
positis rationem reddit: subdens: hoc consilium, q.d. cogitauit super omnem terram:
Dominus enim exercituum decreuit; et quis poterit infirmare? et manus eius
extenta; quis auertet eam. Ubi Deus nos docet contritionem Assyriorum certo
et infalibiliter eē futuram, q.ª ipse decreuit, unde D. Augustinus lib. 26 contra Faus-
tum cap.e 4. idem docet his verbis: sed verum futurum sit, nescio; et ideo nescio q.ª
quid de hac re habeat Dei voluntas me latet; illud tamen me n̄ latet sine
dubio futurum; si hoc Dei voluntas habet. Et de prædestinat.e Sanctorum cap.e
18 ait: elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti, et
immaculati; n̄ quia quasi futuri eramus; sed ut essemus nempe certum est, nempe
manifestum ē; ideo quippe tales eramus futuri, q.ª elegit ipse prædestinans, ut
tales per gratiam eius essemus. Unde quod futuri eramus sancti virtu-
tibus, et immaculati à vitijs; prouenit ex electione, et prædestinatione
Dei, et n̄ loquitur D. Augustinus de sanctitate physica, quæ prouenit à gratia
habituali remissiua peccatorum; sed de sanctitate morali, quæ prouenit
à meritis, et bonis operibus; nam loquitur contra Pelagianos, qui ut ibi refert
dicebant: quod præsciebat Deus, qui futuri erant sancti, et immaculati

per liberæ Voluntatis arbitrium, ideoque ipsos elegisse; Vbi Pelagiani loquebantur de futuritione Sanctitatis moralis provenientis à meritis, et bonis Operibus, non verò de Sanctitate physica proveniente à gratiâ habituali; nam ipsi Cognoscebant Verum gratiam remissionum peccatorum provenientem non à nostro libero arbitrio, sed solum à Deo independenter à meritis nostris, Vt refert D. Augustinus de gratia, et libero arbitrio cap. 6. et epist. 105. Inde asserebant, futuritionem meritorum, quibus homo sanctificatur moraliter, provenire à libero arbitrio, econtra verò D. Augustinus asserit, non à libero arbitrio, sed ab electione et prædestinatione Dei provenire, quod etiam indicavit D. Hilarius, illis Verbis, et per ipsum futurorum distinctio est; ~~...~~

Ratio autem desumitur ex dictis dub. 1. quia infalibilis futuritio effectus, debet provenire ex determinatione causæ inferente infalibiliter existentiam effectus tempore sequenti; sed solum divinum decretum efficax est determinatio causæ 1.æ ab æterno infalibiliter inferens existentiam actus liberi boni tempore sequenti; nam ab æterno nulla est determinatio alterius causæ, et in tempore, quælibet determinatio causæ 2.æ et liberi arbitrii potest impediri à causâ 1.ª Inde determinatio causæ 2.æ numquam infalibiliter infert effectum, nisi accedat decretum efficax Dei: ergo solum decretum divinum efficax reddit actus bonos infalibiliter futuros ab æterno, et consequenter solum ipsum potest esse medium, Vt Deus ab æterno infalibiliter Cognoscat tales actus futuros.

2.º probatur ratione desumpta ex D. Augustino et Hilario quia Deus ab æterno præscire bona opera nostra, nihil aliud est, quam præscire opera, et dona sua, cum bona opera nostra sint dona, et opera Dei, Vt fides docet: Inde Joan. 6. dicitur Hoc est opus Dei, Vt Credatis in eum, et Isaiæ 26. omnia opera nostra operatus es nobis Domine; sed Deus opera, et dona sua Cognoscit in decreto efficaci, quo præparavit, et disposuit ipsa facere, et donare istis potius, quam illis hominibus: ergo hæc bona opera futura cognoscit Deus in decreto efficaci prædestinationis. minor probatur Deus cognoscit dona, et opera sua futura Cognoscendo se illa factum, et donaturum; nam ex eo, quod Deus est facturus, et donaturus bona opera nostra ipsa sunt facienda, et donanda à Deo, et ita sunt futura; sed Deus Cognoscit se facturum et donaturum bona opera nostra, Cognoscendo decretum efficax suum, quo ipsa dis

disposuit, et præparavit, nã ab hoc decreto denominat. Deus facturus,
et donaturus, quæ per suã liberã Voluntatẽ dividit singulis, prout vult,
sicut etiã homĩes in decretione suæ Voluntatis cognoscunt suo modo,
quæ ipsi facturi, et donaturi sint sm̃ Concilium suæ Voluntatis; et ita
sequit. agendorũ cognitio Voluntatẽ agendi; ut dicebat S.ᵗᵘˢ Hilari-
us: q.º Deus in decreto suæ Voluntatis cognit dona, et opera sua fu-
tura; sicut quæcumque alia, quæ Deus efficaciter facere decrevit,
ut etiã Varij fatent. cũ D. Hilario, ~~nã ad~~ 9. de Trinit.ᵉ dicente, q.ᵈ Deus
facere decrevit, in sua Volunt.ᵉ cognovit.

In hac roẽ fundat. illa Coã D. Aug.ⁿⁱ de bo-
no perseverantiæ cap. 17. quã sæpius repetit capitulis sequentibus,
bona opera nrã sint dona Dei, et ea Deus se donaturũ eẽ præsci-
vit: q. ipsa prædestinavit. quã coã nec Semi Pelagianos, negare posse, exis-
timavit: dũ ibi ait: et Cætera, quæ Dei dona eẽ Confitent., eaque ab
illo eẽ præcognita, ac per hoc prædestinata negare ñ possunt. et ideo
D. Aug.ⁿᵘˢ existimavit prædestinationẽ bonorũ operũ eẽ fidei certã;
cap. 19. dicens: hoc scio, neminẽ Contra istã prædestinationẽ, quã sm̃
Scripturas Sacras defendimus, nisi errando disputare potuisset et
adductis testimonijs, Cipriani, Ambrosij et Nazianzeni, quibus do-
cent: bona opera eẽ dona Dei, subdit, porrò, si hæc ita Deus noverit dare,
ut ñ ignorarent eũ daturũ se eẽ præscisset, et quibus daturus eẽt
potuisset nescire, procul dubio noverant prædestinationẽ, quã per Aposto-
los prædicatã ɔ.ᵃ novos Hæreticos, operosius quã defendimus, et adhuc
expressius cap.ᵉ 23 ait: ille itaque dicat: eclesiã aliq.ᵈᵒ in fide sua ñ
audisse, Veritatẽ prædestinationis huius, et gratiæ, quã nunc ɔ.ᵃ novos
Hæreticos, operosius, diligentius quæ defendit, ille, inquã, hoc dicat: qui
dicere audet, aliq.ᵈᵒ eã ñ orasse, vel ñ Veraciter orasse, sive ut Credde-
rent infideles, sive ut perseverarent fideles, quæ bona, si semper oravit,
semper ea Dei dona eẽ, utique Credidit, neque ab illo eẽ præcognita,
unquã ei negare fas fuit; ac per hoc prædestinationis huius fidẽ, quã ɔ.ᵃ
novos Hæreticos nova solicitudine nunc defendit, nunquã eclesia

Xpti n habuit. — Sane q. doctrina B. Aug. de pdestinat. eē fide certā ait Belarminus lib. 2 de gratia, et libero arbitrio cap. 11. q. negat Suarez lib. 3° de auxilijs cap. 17 num. 6. ex ignorantia vi connexionis int. has quaestiones, nq si penetraret, n posset defendi in sensu Catholico bona opera maxime supernatlia eē dona grat. Dei, nisi defendendo eē à Deo praedestinata, et praedifinita, erg cu B. Aug. et Belarmino existimaret sane praedestinationē eē fide certā; nq ipse Suarez prologomenon 6. de gratia cap. 6. nu. 17. ait: quidquid in hac mā de gratiā Augustinus ut certu afirmat, et ad dogmata fidei pertinens à quolibet prudente, et erudito Theologo eē tenendu, et defendendu, etigsi n certo ostet eē ab eclesiā deffinitu; et num. 18. ait: idem eē dicendu in quaestbus de praedestinat. nario connexis cu doctrina de gratiā.

Sed mirabile certe ē, quod vir doctus, et in doctrina B. Aug. n mediocrit. versatus sane connexionē doctrinae ignoraverit, cu tot locis repetat B. Augnus hanc cog. Deus cognovit se donaturu bona opera: q. praedestinavit. et ita evidenter iudicavit sane cog, ut nec à Masiliensibus negari posset, existimaverint: unde moderni negant cog. qug iudicavat Augus negare n potuisset semipelagianus; et revera n negabant, sed negabant, q. fides, et perseverantia eēnt dona Dei, ut referunt Prosper, et Hilarius in epistolis ad Aug. unde B. Augus totus ē in probando fidem, et perseverantiā, et caetera bona opera eē Dei munera, et opera nam hoc concesso, evidens eē iudicavit, eē a Deo praedestinata, et n solu praescita: unde libro de bono perseverantiae cap. 17. dixit: q. Aplus praedicavit pdestinationē cu dixit, Deus ē qui operat. in nobis velle, et perficere pro bona volunt. sua. et quod Xpus praedicavit pdestinationē cu dixit, nemo pot venire ad me, id est credere in me, nisi fuerit ei datu à Patre meo. et quod Stus Ciprianus praedicavit praedestinationē bonoru operu; cu dixit: in nullo gloriandu q. nostru nihil est. quae oia falsa eēnt, si possent verificari bona opera nostra eē opera, et dona Dei, quin ab ipso eēnt pdestinata.

Propter ignorantiā erg huius connexionis, et cog. Suarez et alij negant oia bona opera natalia eē a Deo pdestinata, et pdefinita

q.^m tn ee falis Ostat. ex ratione D. Aug.^ni; q.^a Deus nobis dat bona opera naalia; et ea futura esse praescivit; q.^o ipsa pdestinauit, et praedifiniuit, Inde Aug.^ni doctrina aequaliter procedit de oibus actibus bonis; siue naalibus, siue supernaalibus. Vt Pelagius; qui Vniuersaliter negabat; bona opera Dei, vel donari a Deo; q.^a destrueret ipsius libertas: Vt refert S.^s Hieronimus in ep.^a ad Thesiphontem; et D. Aug.^nus de gratia Xpti, cap.^e 4.

De praescientia peccatorum.

.4.^a V.^o pars Cl.^is quod scilicet, Deus Cognat peccata futura in decreto permissiuo ipsorum infert.^r ex praecedenti; et pbat.^r q.^a Deus debet Cognoscere peccata futura in aliquo pzato diuino inferente per bonam; et infallibilem coq ipsa peccata futura, cum Deus n possit Cognoscere peccata in super comprehensione liberi arbitrij, nec in ipsa Veritate obiua; Vt probaui est S. huiusmodi pzatum diuinum e decretum permissiuum peccati; q.^o in hoc decreto cognit Deus peccata futura. min pbat.^r q.^a decretum permissiuum peccati e decretum n donandi actum praecepti; den tribuendi auxilij efficacis ad praeceptum implendum vo e enim, Cuius decreti n impedit Deus; S. permittit peccatum, q.^d posset impedire donando gratiam efficacem; et actum praecepti; S. decretum n donandi auxilij efficacis, et actum praeceptum infallibiliter infert per bonam coq; et infallibilitate logica futuritionem; et existentiam peccati. q. min. in qua consistit fere tota difficultas huius maae; q.^a requirit nario ad actum bonum eliciendum gratiam efficacem; Vt diximus; et sufficienti; Vnde deficiente gratia efficaci, et permanenti sufficiente infallibiliter hoo peccabit. pbat.^r V. q.^a David Psalmo 26. dicebat: <u>adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me.</u> et Vt ait D. Aug.^nus de gratia, et libero arbitrio cap.^e 6. dicendo ne derelinquas me, ostendit, q.^a si derelictus fuerit, nihil Valet ipse per se; et in Commentario Psalmi ait: noli de te praesumere: si te dereliquerit, in ipsa Via deficies; Cades aberrabis remanebis et D. Thaes ibi; ait: si hoo sibi relinquitur, perit. Oseq 13. perditio tua ex te Israel

quod ex dictat ex illo Psalmi 29. Dnē in Volunt.e tua præstitisti decori meo Virtutem; in quo Psalmista ait: omnem virtutem, et meritum; quo aia decorat.r pendere ex Volunt.e Dei; q.d demonstrat subdens: auertisti faciem tuam à me; et factus sum conturbatus; auertere autem Deus faciem suam e permittere peccatum; ut ibi exponit D. Aug.nus et Athan. et in Psalmo. 80 dicit: dimisit eos sm desideria cordis eorum; ibunt in adinuentionibus suis; et Psalmo. 103: auertente autem te faciem tuam turbabunt.r quod ad rem præsentem late exponit ibi D. Aug.nus concione 4. et idem docet de nat. et gratià cap.e 36. et Correctione et gratià cap.e 2 et D. Hyeronimus lib. 2. D.e Pelagianos Columna 14. q.o Ex Sacra Scriptura ut explicatur à Patribus posito decreto permissiuo peccati infalibiliter hoo peccabit.

2.o pbat.r q.a hoo n pot potestate coenti adimplere præceptum, et vitare peccatum, nisi Deus det ipsum actum præceptum. Ex illud Ioann. 3. nemo pot accipere quidquam nisi fuerit eidam datum desuper; et cap. 6. nemo pot venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. et Sapientia 8. et ut scit quoniam n aliter eē posset continens, nisi Deus det, addit Dominus, et pppca tus sum illius; ex quibus testimonijs expresse nat.r pòt coeins ad actus bonos, nisi Deus dat ipsos; S.q do Deus permittit peccatum, n vult dare actum cadentem sub præcepto, cum permissio sit voluntas efficax n donandi actum præceptum; nec gratiam efficacem ad præceptum implendum: g. stante permissione peccati infalibiliter hoo omittet actum præceptum, et coenter peccabit.

3.o pbat.r q.a hoo n pot vitare peccatum nisi vincendo tentationes inducentes ad peccandum; S.t stante permissione Dei hoo n vincet tentationes: g. infalibilit.r peccabit. min pb.o q.a victoria tentationis e donum Dei 1.a Corinthiorum 15. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Xptum. ex quo infert D. Aug.nus de gratià, et libero arbitrio cap. 4. q. et victoria, qua peccatum vincit.r nil aliud ē, quam donum Dei in isto certamine adiuuans liberum arbitrium; S.q do Deus permittit peccatum, g. n dabit victoriam tentationis, nam permissio includit voluntatem n donandi;

Victoriæ tentationis: ergo stante permissione non vincet homo tentationem.

Confirmatur: ratione desumpta ex oratione, quam frequentius Vrunt. Sancti Patres, quia si homo præcise per auxilia sufficientia posset ex potestate antecedenti, quam habenti absque alio dono Dei, vitare peccatum, sequeretur, quod habens auxilia sufficientia non indigeret oratione ad tentationem vincendam, nam totaliter in sua potestate haberet victoriam, et ut ait D. Augustinus de natura, et gratia cap. 18. quid stultius, quam orare, ut facias, quod in potestate habes. et D. Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos ait: Frustra semper oramus, si in nostro arbitrio est facere, quod volumus. Sed falsum est, quod habens auxilia sufficientia non indigeat oratione: ergo ultra auxilia sufficientia requiritur alia gratia ad vitandum peccatum, quam Deus non donat, cum peccatum permittit. minor probat D. Hieron. ibi, quia Christus oravit pro Petro, ne deficeret fides eius, et tamen Sanctus Petrus habebat auxilia sufficientiæ ad perseverandum in fide, unde addit Sanctus Hieronimus: et certe Christus vox in Apostoli erat posita potestate, si voluisset, ut non defficeret fides eius, quam utique defficiente peccatum subinquiditur. ergo=

2.º probat ex illo Christi Domini Matthæi. 26. Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem et tamen Apostoli habebant potestatem antecedentem per auxilia sufficientia ad vincendam tentationem unde D. Hieronimus subdit: debuit Christus vos dicere; quid dormitis? surgite, et resistite liberum enim habetis arbitrium; et semel vobis concessa à Domino potestate nullius alterius indigetis auxilio; si enim hoc feceritis non intrabitis in tentationem; quæ verba Christi Domini amplius expendens D. Augustinus de gratia, et libero arbitrio cap. 4. ait: quod unusquisque contra suæ concupiscentiæ dimicans, oret, ne intret in tentationem; id est ne sit abilla abstractus, et illectus, non autem intrat in tentationem, si voluntate bona vincit concupiscentiam malam, non tamen sufficit arbitrium voluntatis humanæ, nisi à Domino victoria concedat oranti, quid tamen euidentius, quam Dei ostenditur gratia; ubi quod orat accipit, si enim dixisset Salvator noster; Vigilate ne intretis in tentationem, ad

monuisset

Admonuisse videretur tantummodo hominum voluntatem; cum vero adiddit et orate; ostendit Deum adiudicare; ne intret in tentationem. in illis autem verbis; non autem sufficit arbitrium voluntatis, et caetera negat sufficientiam potestatis docentis; non vero antis absque gratia efficaci; qua Deus concedit victoriam oranti; et consequenter asserit; predictam gratiam esse necessariam ultra auxilia sufficientia.

3.o idem probant PP. ex oratione Dominica in qua dicitur et ne nos inducas in tentationem; quam Dominus docuit Apostolos; qui habebant auxilia sufficientia ad vincendas tentationes, et perseverandum in fide, et gratia: Unde B. Hieron. lib. 3.o contra Pelagianos circa finem ait: Apostoli dicunt, sed libera nos à malo; quia praestantur à Deo, quod habent in liberis arbitrij potestate.

Hoc inconveniens gravissime urgent PP. Concilij Cartaginensis in epist.a ad Innocentium I. quae est 90 inter Epistolas B. Aug.ni dicentes: consideraret quod Sanctitas tua; et pastoralibus nobis compatiatur visceribus; quam sit pestiferum; et exitiale ovibus Christi; quod istorum Pelagianorum sacrilegas disputationes necessario sequitur; ut nec orare debeamus; ne intremus in tentationem; quod Dominus, et discipulos monuit, et posuit in oratione; quam docuit, aut ne deficiat fides nostra; quod pro Apostolo Petro se rogasse ipse testatus est; si enim possibilitate naturae, et arbitrio voluntatis in potestate sunt ostiaca, quis non ea videat à Domino inaniter peti, et fallaciter orare; cum orando poscuntur; quae naturae nostrae ignita condita sufficientibus viribus opinentur; nec debuisset dicere Dominus verum vigilate, et orate; sed tantummodo, vigilate, ne intretis in tentationem. idem aeque dicunt PP. Iudex Milevitani in epist.a etiam ad Innocentium I. quae est 92 inter Epistolas B. Aug.ni hoc etiam inconveniens sequi ex Pelagianorum doctrina; docet Innocentius I.us rescribens praedictis Patribus epist.a 91. et 93. et propter ipsum damnavit Pelagianorum errorem; et confirmavit damnationem factam in praedictis Concilijs.

Hoc autem inconveniens; pariter sequi videtur si ultra auxilia sufficientia non est simpliciter necessarium aliud auxilium; quo

Deus donet nobis victoriã tentationis, et perseverantiã in fide, et gratia; nã q.do per orationes postulamus, ne deficiat fides nostra, et ne permittat Deus nos cadere in tentationes, n. petimus auxilia sufficientia, quibus potestate antã possimus resistere tentationi. tũ q.a Xpus n. rogavit pro Petro, ut posset n. defficere; s.d ne de facto deficeret in fide. Unde B. Aug.nus de gratia Xpti cap 25 ait: quomodo enim dicit.r à Pelagio; q.d possimus bene agere, Dei ẽ; q.d autẽ agimus, nrũ ẽ; cũ dicat Apostolus 2.a Corinth. 13. orare se ad Deũ, pro iis adquos scribebat, nec id mali faciant, et ut q.d bonũ ẽ faciant, n. enĩ ait: oramus, ut possitis, nihil mali facere; s.d nec id faciatis mali; nec ut possitis bonũ facere; s.d ut bonũ faciatis. tũ etiã q.a auxilia sufficientia ad vincendũ tentationes, et perseverandũ in fide, et gratia, oibus fidelibus et iustis dant.r a Deo independent.r ab oratione, et si aliqui defficerent, n. peccarent. Unde ad n. peccandũ, et ad perseverandũ in fide, et gratia; melius est petere, ne Deus decederet auxiliã sufficientia, nã ipsa decedendo ponit hoiẽ in periculo, l. in poã peccandi: ẽ. ultra auxilia sufficientia, det dari aliud auxiliũ infalibilit.r inferens bonã operationes; tnquã simplicit.r nariũ ad recte operandũ; et vincendũ tentationes; vel minime ẽ naria oratio ad tentationes vincendas, et vitandũ peccata.

Dices: n. oia auxilia sufficientia aequalia eẽ, et ita hens auxiliũ sufficiens parũ, et debile, petit à Deo auxiliũ fortius, et robustius ad vincendũ tentationes; l. petit illud auxiliũ, q.do vidit Deus per sciã mediã hunc victoriã tentationes.

S.d dã ẽ q.a vel auxiliũ fortius, l quo praevidit Deus hunc victoriã tentationes, ẽ simplicit.r nariũ ad praeceptũ implendũ, et vincendã tentationes; ita ut sine ipso, licet hõo habeat potestatẽ antecedentẽ ad actus praedictos, n. tn potestatẽ coentẽ; et si hoc d.r, conf.r habemus intentũ; nã in decreto n. decedendi hoc auxiliũ simplicit.r

nariũ

nariy ad preceptu implendu; et Vincendu tentationem; Cognoscat Deus hunc peccaturu n̄ resistendo tentationi; nec implendo preceptu; 1. tale auxiliu fortius, et robustius n̄ ē simpliciter nariu; sed utilius, ut id; qd facere iubemur per liberu arbitriu, facilius possimus implere per gratiam; ut dicebat Pelagius; et si hoc dicatur. oratio Dominica; et aliæ orationes n̄ erunt simpliciter naria; sed magis utiles ad facilius Vincendu tentationes, et saluandu precepta; qd Docebat Pelagius, ut refert D. Augustinus de gratia Xpti; cap. 30. et 41. Inde stare n̄ pōt necessitas orationis absque necessitate gratiæ efficacis; qua deficiente infalibiliter hōo peccabit. et ita Celestinus Papa; cu Zocimo Papa in epa ad Epos Galliæ cap. 8. simul dā Pelagianos deffiniuit necessitatem orationis et necessitatem gratiæ efficacis; adducens testimoniu Innocentij. 1. dicentis: quotidiana prestat illi remedia; quibus, nisi freti confisique nitamur; nullatenus humanos Vincere poterimus errores; necesse ē enim; ut quo auxiliante Vincimus, eo iteru n̄ adiuuante Vincamur. si autem necesse ē ut Deo n̄ adiuuante Vincamur; cu permisso peccati sit Voluntas n̄ adiuuandi; necesse ē, ut stante permissione peccati; hōo Vincatur à tentatione, et infalibiliter peccat.

Si autem Dicatur. qd necesse ē, ut Vincamur, si Deus n̄ dederit illud auxiliu; qd previdit per scia media hominem Vincere tentationem. Resp. ita eē; sed ig in Decreto denegandi hoc auxiliu Cognoscet Deus hoīem infalibiliter peccaturu; et ad presens habemus intentu; ceteru cu hoc auxiliu n̄ sit simpliciter nariu, n̄ ut Darij fatentur, quilibet hōo peccans, ita hēt auxiliu sufficiens, ut ipso possit potestate anti, et Coenta Vitare peccatu; et Vincere tentationem, et facere pro suo libito; qd pdictu auxiliu sit efficax, Vel inefficax; neque oratio Dominica erit naria simpliciter ad Vincendas tentationes, neq qd stultius, qd orare, ut facias, qd in potestate habes, ut dixit D. Augustinus. — imo si auxiliu, qd petimus ē solu sufficiens

ex se; qmuis sit fortius, et tribuat maiores vires ad facilius resis=
tendum tentationibus, adhuc n sequit. q. sit magis vtilis oratio ad conseque-
tionem vitæ æternæ; nam oratio, et auxilium per ipsam impetratum, solum deseruiet
ad tolendam molestiam, et laborem pugnæ, dum hō resistit tentationibus,
et ita oratio procedat ex amore proprio: laudabilius tn poterit aliquis ex
amore Dei velle pati maiorem molestiam, et laborem in resistendo tenta-
tionibus, n postulando à Deo auxilium. qua rōē hō n tenet. petere à Deo,
vt ab ipso auferat tentationem, de quo videat. Torre 2a. 2æ. q. 83 art.
9. à n. 104. inde licet Apostolus ter Dnum rogauerit, vt ab ipso aufferret
tentationem; post quam autem dictum ē illi: sufficit tibi gratia mea, n amplius
postulauit, vt ab ipso aufferret. stimulus satanæ; semper tn orabat Dnum:
et ne nos inducas in tentationem; qa. vt ait D. Augus. epist. 89. oibus narla
ē oratio Dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id ē Apostolis suis Dnus
dedit: et maxime narium est orationem Dominicam propt. vincendas tentatio-
nes. ait ibi q. 2a. subdens: liberum arbitrium desertum Diuino adiutorio
qualibet scia legis excellat, nullo modo habebit iustitiam solidiatatem,
s. inflationem impiæ superbiæ, et exitiosum tumorem docet hoc ipsa
Dominica oratio, frustra enim rogantes Deum dicimus: ne nos inferas
in tentationem, si hoc in nostra sit expositum voluntate, vt nullo illius ad-
iutorio id valeamus adimplere, dictum ē enim, ne nos inducas in tentatio-
nem, q. intelligit. ne nos inferri deserendo permittas. in quibus verbis
n loquit. de auxilio sufficiente, s. de efficacē, q. postulamus ad vincen-
dum tentationes, n solum cōtra legem supernalem, s. etiam cōtra legem nalem, num-
quam enim nrum arbitrium ē desertum Diuino adiutorio sufficiente, maxime
ad vincendas tentationes cōtra legem nalem; nam si auxilium sufficiens de-
ficeret, hō n posset peccare, nec sua culpa consentiret tentationi. in-
de sicut oibus naria ē oratio Dominica, ita et oibus ē narium auxilium effi-
cax vltra oia auxilia sufficientia, quo n concesso per permissionem
peccati infalibilit. hō consentiet tentationi, et peccabit.

Hucusque dicta intelligunt. de peccatis et ma-
lis operibus fralit. occidentis in grā morum; nam si loquamur de ma-
ali entitate actus peccaminosi cognoscit. à Deo in efficaci decreto

producendi talem entitatem; et simul concurrendi cum nro libero arbitrio ad eius elicientiam; nam haec entitas dicit actualitatem, bonitatem, et perfectionem in gradu phisico, et ita datur a Deo; quia est largitor omnium bonorum; et eam sedaturum esse, praescivit Deus ab aeterno, et consequenter ipsam praediffinivit per decretum efficax suae Voluntatis; Unde non ipsius currit comprobatio Div. Augni supra assignata; non tamen obstante dicit; quod praedestinavit Deus materiale peccati, vel entitatem actus peccaminosi; quia in com. significatione, praedestinatio est gratiae praeparatio, entitas autem actus peccaminosi, licet detur a Deo, non tamen est gratia, aut donum gratuitum conducens ad bonum hominis, quatenus homo est; quod est bonum morale, et ita non donatur a Deo, nec praedestinatur cum rigore; sed reducitur ad donum creationis: in electis vero in quibus materiale peccati, sicut etiam permissio est effectus praedestinationis; physica entitas actus peccaminosi potest dici a Deo praedestinata; quatenus ab extrinseco ex divina misericordia ordinatur ad finem Beatitudinis, quia sic enim habet ab extrinseco rationem gratiae, sicut etiam permissio peccati; Ut diximus in tract. de praedestinat.

Proponuntur Argumenta.

Contra 3am partem conclusionis praecipuum argumentum Doctorum Contrariorum est; quod decretum efficax, et praediffinitivum nostrorum actuum destrueret ipsorum libertatem; nam ipso posito Voluntas non posset omittere actum praediffinitivum; et ipso defficiente non posset elicere actum non praediffinitivum; Unde in nra Voluntate non permaneret indiferentia requisita ad exercitium libertatis: ergo tale decretum non datur in Deo; et consequenter in ipso non potest Deus cognoscere actus liberos futuros.

Sed haec Argumenta late proposita sunt in tract. de Volunt. Dei, nec ipsa repetere opportet; et aequaliter militant contra Jesuitas concedentes decreta efficacia concurrendi ad nostros actus liberos; quae ipsi pro suo libito appelant Decreta Concomitantia; cum tamen sint causa nostrorum actuum, imo aequaliter militant contra Fidem, docentem bona opera nostra esse dona Dei, quia Deo efficaciter Volente donare meritum; homo in sensu composito non potest non mereri; nam Voluntati eius quis resistet? ad Romanos 9. et volente

Deo donare merita; hoc non potest mereri in sensu composito; quia nemo potest accipere quidquam; nisi fuerit ei datum desuper. Hoc enim argumentum erat praecipuum argumentum Pelagij, et Celestini; cuius solutionem requirimus a catholicis oppositae sententiae ut appareat an ipsi satisfaciant, vel ipso vincantur; et mirabile sane est quod volunt esse maioris virtutis, et energia ad conservandam nostrae libertatem legem contradictoriarum; quam decretum efficax divinae voluntatis; ideo enim ipsis videtur decretum efficax destrueret nostram libertatem; quia facit; quod actus praedeffinitus futurus sit infallibiliter, et quod actus non praedeffinitus non possit esse in sensu composito futurus; hoc autem idem facit lex contradictoriarum ab ipsis somniata; nam ex vi ipsius est infallibiliter verum; quod antichristus peccabit; et ita peccatum Antichristi est infallibiliter futurum; et in sensu composito non poterit antichristus omittere peccatum; nec ponere actum praeceptum; quia voluntas non potest elicere actum; qui prius, et ab aeterno non fuerit futurus; nec potest omittere actum, qui ab aeterno fuit futurus; potentior ergo est iuxta ipsos lex summulistica contradictoriarum ad illam conservandam nostri arbitrij libertatem; quam efficax omnipotentis voluntas; cum tamen oppositum in re contingat; ut diximus dubio 2°.

2° Arguitur quia Divus Thomas ad probandam certitudinem scientiae divinae de futurorum contingentium; semper recurrit ad eorum praesentiam in aeternitate, ut constat ex hoc articulo 13. et in 1° distinctione 38 quaestione 1. articulo 5. et 1. contra gentes cap. 67. et pluribus alijs locis; at si Deus cognosceret actus liberos futuros in suo decreto efficaci, et praedeffinitivo; frustra recurreret Divus Thomas ad ipsorum existentiam in aeternitate, nam ad omnimodam certitudinem divinae praescientiae sufficeret infallibilitas divini decreti efficacis; in quo infallibiliter cognoscitur actus praedeffinitus: ergo iuxta mentem Divi Thomae est falsum, vere Deum cognoscere actus liberos futuros in decreto efficaci, et praedeffinitivo.

Confirmatur quia plures ex Sanctis Patribus, quos absque delectu refert ~~refert~~ Paulus Leonardus pagina 2ª numero 12. asserunt, non ideo res esse futuras, quia a Deo praesciuntur, sed potius, ideo a Deo praesciri, quia futura; sed si omnes actus liberi in particulari essent a Deo praedeffiniti, non ideo Deus ipsos praesciret quia futuri sunt, sed quia sunt a Deo praedeffiniti, et decretati: ergo Deus non cognoscit actus liberos in decreto.

et si dicas

Et si dicas: oppositum sequi, quia S.ti Patres loquuntur de gratia divina, quatenus est in se ipsa, et pure speculativa, et ita suppo-nit decretum, tam intentionis; quam executionis; et consequenter futuritionem ab ipso provenientem. Unde idem est Deum cognoscere futura; quia sunt futura; ac quia decretata, et predefinita sunt a Deo ut dicebat S.tus Hilarius apud Deum futurorum constitutio.

Contra est quia hoc asserebant S.ti Patres, ut adversus Philosophos Gentiles ostenderent non dari fatum; nec inevitabilem necessitatem nostrorum actuum provenientem a prescientia Dei; sed ad hoc nihil deserviret asserere ideo Deum cognoscere futura, quia sunt futura ex vi decreti efficacis predefinitivi; nam eadem difficultas est in componendo nostram libertatem cum predicto decreto; ac in componenda ipsa cum divina prescientia, et ita S.ti Patres non excluderent fatum ut ipsi intendebant: ergo de mente S.torum Patrum est hec expositio.

Confirmatur 2.o ratione: quia si Deus futura contingentia cognosceret in suo decreto; cum possibilia cognoscat in sua essentia, et ideo virtualiter distincta a decreto sequeretur, quod scientia possibilium, et simplicis intelligentie virtualiter adequate distingueretur a scientia visionis. cum sua distinguuntur per media, que respiciunt; consequens est falsum, nam supra diximus scientiam visionis non esse attributum virtualiter distinctum a scientia simplicis intelligentie: ergo per scientiam visionis non cognoscuntur futura in decreto.

Respondetur quod D. Thomas supra art. 5. egit de medio formali, in quo Deus alia a se cognoscit; docens in se ipso Deum cognoscere alia a se, et locis supracitatis in hoc dubio docet: Deum futura cognoscere in se ipso, ut est causa ipsorum per intellectum, et voluntatem, et ita in sua essentia, ut decretata per decretum efficax voluntatis, futura cognoscere, et eos nostros actus liberos in speciali. Unde de mente D. Thomae nulla potest esse ratio dubitandi in hac parte, in hoc autem articulo 13. non agit D. Thomas de medio formali tenente se ex parte Dei ut futura cognoscat, sed agit de obiecto materiali; et medio quibus, in quo Deus futura contingentia cognoscit; et in hoc sensu docet, tam in hoc articulo, quam aliis locis in argumento relatis; quod Deus non cognoscit futura contingentia, quatenus sunt in suis causis

Contingentibus; q.a put sic adhuc sunt futura; et n. hent determinationem; Vt infallibilit. Cognoscant. S. Deus Cognoscit futura in seipsis; q. eius Cognitio mensurat. aeternitate; et fert. super oia existentia in qualibet diffa temporis; Vnde ad Augg dicendus e; q. D. Thos ad saluandu certitudinem scia diuinae recurrit ad existentia futurorum in aeternitate, tamquam ad requisitum ex parte obti mediatis, q. Cognoscit. a Deo fraliter, put in se existens e ex parte rei Cognitae, n. tn recurrit ad praedictam existentiam Vt ad requisitum ex parte medij fralis, et obti Vlti adhoc; enim sufficit; essa Diuina, Vt determinata per decretum.

Ad 1.m Confirm supra art 8. dub.o 3. late respondimus; nunc autem admissa solutione data int. arguendum; Ad Replicam nego mai; si enim S.ti Patres adducerent illa ppa ad excludendum fatum, et saluandam nram libertatem D. a Phos gentiles, oppositum convincerent, nam per hanc doctrinam Ocaderent in ppbus de futuro contingenti determatum Veritatem praescindendo a Diuina Voluntate; Vt modo Concedunt Moderni; quo Concesso Princeps Gentilium Phicorum Arist. iudicauit destrui contingentiam, et libertatem fatalem; quae inducit necessitatem, Vt dictum e dub.o 2, qui g. Vsi sunt praedicta ppa et doctrina ad saluandam nram libertatem fuerunt Pelagiani; Vt refert D. Aug.nus de praedestinatione Sanctorum cap. 18. et 19. et postea Faustus Regiensis Princeps Semipelagianorum lib. 2. de libero arbitrio cap. 2; Vt nottauit Aluarez disp. 2. de auxilijs n.o 16. Patres V.o antiqui Vsi sunt praedicta ppa ad explicandum q. praescia Dei n. e caa peccatorum, qmuis Deus cognoscat peccata pro frali; q. praescie ex proprio Ocpi solum dicit speculationem et ita supponit futuritionem obti, et qnm adhoc n. Currit paritas rei decreti; q.a licet Deus Cognoscat peccatum pro frali; n. tn diligit ipsum, et ideo Gentiles inferre n. poterant diuinam Voluntatem ee Caam peccatorum; Sthoc inferebant de diuina praescia; ex eo V.o q. praescia Diuina hat caalitatem ex adiuncta Voluntate; solum sequit. q. caet illud quod Deus Vult, et diligit, Vnde cum Deus peccata pro frali, nec Velit, nec diligat, nec ipsa Causat Diu.a praescientia, bene tn ghieg entitatem actus peccaminosi; q. hanc

Deus diligit, ut cætera bona creata; iuxta illud, diligis omnia, quæ sunt, et nihil odisti eorum, quæ fecisti.

Ad 2m Confirm. Rc. q. ad quæst.m satis dogmaticam, qualis è ista parum refert, q. scia simplicis intelligentiæ, et visionis sint, l. ñ sint attributa virtualit. adæquate distincta; et certum è, q. scia visionis cum sit libera ñ è propria Dei attributum; q. debet eè præm narium Dei, et ita scia visionis ñ è attributum distinctum à scia simplicis intelligentiæ, nec istæ sciæ fr̃aliter distinguunt. ex parte medii; q. medium ri utriusque è essa Dni, so-lum prærequirit essa Divina, tanqum declarationem, et applicationem decreti efficacis, ut sit medium sciæ visionis; q. ñ sufficit ad diversitatem fr̃alem in roè medii; cum diversitas conditionis, et applicationis ñ diversificet obiectum fr̃ale.

3º Arguit. 3a ultm ptem Ccl. q. decretum ñ conferendi gratiæ efficacem, l permittendi peccatum, infert infalibiliter peccatum futurum: ĝ in hoc decreto ñ pot. Deus cognoscere peccata futura. ans. pb. 1º q. adhuc posito tali decreto hoõ pot adimplere præceptum, et vitare peccatum; aliàs ñ peccabit, q. nemo peccat in eo, quod vitare ñ pot, et ulterius sequeret. q. nrm liberum arbitrium ab intrinco, et ex naã sua eet determm ad malum; ut dicebant Manichæi, et Luterani; siquidem defficiente manutentione Dei, hoõ infalibiliter cadit in peccatum; ut lapis naãliter cadit defficiente subitentante: ĝ decretum permissivum ñ infert infalibiliter peccatum fiarum.

2º pb. ans. nã sequeret. q. Deo attribueret. peccatum tamquam veræ caã effectivæ, nã ideo Deo attribuit. opus bonum, quod præceptum implet, q. tribuit auxilium efficax ad actum præcepti; s. eum per decretum permissivum negat auxilium efficax ad actum præcepti: ĝ omissio actus præcepti debet etiã Deo attribui; nã q. do affirmatio è caã affirmationis, negatio è caã negationis; unde si collatio auxilii efficacis è caã ponendi actum præceptum; etiã negatio auxilii efficacis ñ ponendi, l omittendi actum præceptum.

3º pb. ans, q. licet concedat. peccatum puræ commissionis inferri ex decreto permissivo, et in ipso cogni; hoc tn concedi ñ pot

de peccato Commissionis, nã requirit actũ positivũ, qui n infert̃ præ-
cise ex permissione peccati et substractione gratiæ.

Et si Dicas quod posito decreto permissivo, Deus
prædiffinit maale entitatẽ actus peccaminosi; et in utroque decreto
Cognit peccatũ commissionis pro frali, et maali.

Contra ẽ: q.a si Deus prædiffiniret maale peccati,
eo prædiffiniret, et vellet frale malitiæ ipsius, cũ qua ẽ infallibilit. con-
nexa, et identificata entitas maalis peccati; quã roẽ, qmuis nullus in-
tendens ad malũ operet̃, peccator õn indirecte vult malitiã frale pecca-
ti, et ẽ caã ipsius; q.a vult maale peccati, et dans frã, dat coã ad frã. =

Sequeret̃ etiã, q.d Deus prædetraret, et per phicã pmotionẽ
impelleret voluntatẽ creatã ad peccandũ, ne frustraret̃ efficax prædi-
ffinitio Dei, et ita huius peccatũ Deo attribueret̃, et n minus eẽt pro-
priũ opus Dei perditio Iudæ, quã vocatio Pauli, ut dicebat Calvinus dam-
natus in Trident.o Sess.e 6. can.e 6.

R.z Hoc Argũ ẽ difficilimũ, s. directe pro-
cedit 9.a Fidẽ docentẽ n solũ posse bene agere, s. etiã ipsũ bene agere
ẽẽ donũ gratiæ Dei, hoc perinde ẽẽ narũ auxiliantẽ gratiã docentẽ
n solũ posse, s. etiã ipsũ bene agere. 9.a quã fidei veritatẽ prædicto
argũto utebant̃ Pelagiani, et variis modis ipsũ proponebat Celestius Mag-
nus Pelagii discipulus, ut videre ẽ apud D. Aug.ns de perfectione iusti-
tiæ a cap. 1. usque ad 7.m et de gestis Pelagii cap. 11. et apud D. Hye-
ronimũ epist.a ad Ctesiphontẽ, et in libris 9.a Pelagianos, unde ab oibus
theologis solui debet, ne ipsos comprehendat anathema D. Aug.ni lib.
de perfectione iustitiæ, in fine dicentis: s. plane quisquis negat nos orare
debere ne intremus in tentationẽ (negat autẽ hoc, qui contendit ad
n peccandũ gratiæ Dei adiutoriũ n ẽẽ hoi necessariũ, s. sola lege accep-
ta humanã sufficere voluntatẽ) ab auribus oiũ removendũ, et ore
oiũ anathematizandũ ẽẽ n dubito. auxiliũ autẽ, q.d oratione dicta
ẽ efficax donans victoriã tentationis, ut dicũ ẽ. Unde ad Argũ nego
aiũ, et ad 1.m pbẽ R.z q.d stante permissione Dei hoo pot potestate anti

adimplere leges, et vitare peccata, si n pot potestate Coeli, qa ut dicit Xptus Dnus: nemo pot venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

